



p. 8



ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ.

HERODIANI
HISTORIARVM LIBRI OCTO,

E RECENSIONE
HENRICI STEPHANI,
CVM
VARIETATE LECTIONIS
TRIVM CODICVM MSS.,
NOVA BERGLERI VERSIONE,
NOTIS VARIORVM
ET
INDICIBVS VERBORVM AC RERVM,
CVRANTE
THEOPHILO GVILIELMO IRMISCH,
ART. MAG. LIPS. GYMNASII PLAVIANI RECTORE.

TOMVS SECVNDVS.

PRAEMITTITVR
DE VSV OPERIS HERODIANI.

LIPSIAE,
SVMTIBVS E. B. SCHWICKERTI,
CIƆIƆCCLXXXX.

EPISTOLA

AD

FRATREM

AVGVSTVM GVILIELMVM,

IN PAGO

GROSSPOERTHEN,

PROPE CIZAM VRBEM,

CVRIONEM

OPTIME MERENTEM.

DE VSV OPERIS HERODIANI.

EPISTOLA.

Quae multae ac magnae amandi Tui, Cariſſime Frater, fuerunt perpetuo cauſae, ſanguinis non tantum neceſſitudo, nec tantum diſciplinae inſtitutionis que cum Roſtio, Viro Divino, ſocietas, ſed et morum, ſenſuum atque ſtudiorum conſpiratio ſimilitudo que, tum amoris ac benevolentiae ſingularis redditio et veluti repercuſſus, officiorum que remuneratio et viciſſitudo: eaedem extiterunt nunc cauſae Tibi ipſi tanquam in manus palam que tradendi atque commendandi Tomum Herodiani hunc, et inſuper iſtae, tum quod noſſem, Te, quae paucorum parentum eſt vel facultatis et doctrinae opportunitas, vel voluntatis honeſtas, vel laboris moleſtiae que patientia, vel temporis atque otii laxitas, hoc tribuere Tuis liberis, ut ipſe inſtituas eos, ita que, ut nemine egeas magiſtro alio ad communicandam cum iis doctrinam plenam accuratam que, tum quod olim in epiſtola, cum Tomo primo ad Te miſſa, ſuaderem, ut cum filiis Tuis legeres illam opellam excerpendo inde ac tantum exſugendo medullam velut aliquam.

Hanc mentem meam quoniam tum temporis non vacabat longius explicare: nunc quidem id facturus, videor a Te non modo veniam impetraturus, ſed adeo gratiam initurus quandam, ubi oſtendero, quae in perlegendo libro utiliter ſpectari debeant a Te ac poſſint. Sed eidem Tecum colloquio cum interfuturi ſint omnes alii, qui legant, vel viri, ad Graecitatis adyta quaſi iam admiſſi, vel tirones, ad initia iſtius et ſacra adhuc adſpirantes atque contendentes: utrique ut videant, quae commoda ex eodem ad ſe redundent libro, operam ſimul daturus ſum, non tam, ut praeco mearum prodeam legar que rerum, quam potius, ut paulo diligentius, quam per Ephemerides litterarias fieri potuit, ſuper uſu Herodiani operis et diſſeratur et exiſtimetur, ut que conſilium, ita a me inſtitutae impenſae que operae totius, nec aliter, plenius aperiam, et leniter modo humaniter que a me removeam voces ac ſuſpiciones, prolatas illas de more et modo, quem ſequar vel finxerim mihi in explicandis et interpretandis libris.

Ac Tu quidem, mi Frater, noſti, perſequi me unice diſciplinam beati Erneſtii, cum illam, quam ex ore iſtius diu percepi auribus meis per ſcholas lectiones que non tantum publicas, ſed quoque privatas, tum hanc, quam ille editis in libris ac ſcriptoribus impreſſit, et nominatim in diſciplina et lege ſcholarum Saxoniae noſtrae, egregio illo opere et a partibus aliis, et ab ea potiſſimum, quae pertinet ad tractandos ſcriptores claſſicos. Atqui haec interpretandi ratio non amat illas ambages, illas quaſi pluvias copioſas atque inun-

dationes, quae per Notas in Herodiani opere subinde comparent. Talis amplitudo, et doctrinae scientiae que profusio potius, quam largitio atque communicatio, nunquam mihi in scholis meis adamata est et adhibita. Audisti autem et Tu me, Frater Optime, et verum me loqui agnoscis. Sed ibi discipulis modo breviter sententiam expono, et quantum satis est, ut locus intelligatur perspiciatur que, ac res eius, verba, singula cum iunctis, series, virtus rhetorica, et si qua alia. Nec abeo ibi ad aliena, manens in necessariis et propinquis, admiscens que modo affinia pauca, quae copiam ac notitiam vocabulorum iuvent.

Ab hac autem interpretandi brevitate ac veluti parsimonia discessi sane — sentis enim et ipse, Frater, — in editione Herodiani ad longitudinem et copiam prope immensam, nec tamen ita, quod mihi fingerem, sic interpretem debere versari unumquemque, ut ubique unius vocabuli notiones effundat omnes simul, Gesnerum in Latinis Schellerum ve compilando, ac domi ante horam et lectionem inspiciendo, aut in Graecis Stephani vel Scapulae Lexica, aut Collectanea, quae pararit, sua. Viderunt que recte Ephemerides Lipsicae, non debere sic omnes publicari scriptores veteres. Nec timendi sunt imitatores atque sectatores; nec volet quis alius sese protrudere in tale pistrinum, quod Illustris Heynius aliquando per epistolam ad me vocabat.

Sed a more Ernestino meo que deflexi, crede mihi, Frater Dulcissime, invitus, et hac ductus causa probabili, ut cum aliis communicarem reperta a me, dum miseria semel et molestia mihi devoranda erat illa, ut super Graecitate Herodiani, et singulis verbis, et formulis dicendi quaererem, nec id forte diebus singulis, sed propemodum quibusvis horis. Quam temporis iacturam dolens saepe, ac saepe satiatus quaerendo ad nauseam usque, duravi tamen, quoniam constantiam et in aliis amabam, meas que ipsius notitias adaugens, inservire aliorum commodis posse me putabam.

Sic ergo, mi Frater, revertor eo, unde abii, ut ostendam, quae in multitudine mea ad Herodianum sit commoditas vel Tua, vel aliorum. Μή τι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα;

Scilicet universum consilium in legendo scriptore prisci temporis aliquo pertinet illuc modo, ut hauriamus inde tum res et sententias, tum verba formulas que loquendi, tum denique formam quandam et imaginem cogitandi atque disserendi vel ore, vel scriptis.

Cui desiderio ut satisfacere possimus, et textum intelligere scribentis, hoc est, cogitare idem cum illo, animo que nobis fingere notiones easdem rerum ac verborum, et assumere cogitationum seriem eandem: primo requiritur textus rectus et verus, atque adeo is, qui sit aut ab ipso profectus scriptore, aut emendatus certe sic, ut isti cum veri specie tribui queat.

Hanc textus veritatem et puritatem adiuvat *critica ars* et interpres, hac arte imbutus, tenens que proinde

1) regulas criticas, vulgares illas vel interiores, quae parantur tum e libellis quibusdam, hoc nomine ac consilio scriptis, ut Clerici, ut Burmanni, tum legendis tractandis que editionibus scriptorum principibus, quae quidem nactae sint peritos Commentatores et Commentarios e genere critico, tum denique e libris singularibus Observationum in scriptores integros aut certa istorum loca,

2) acumen criticum, ut videat, quae recta, quae prava, et quibus de caussis,

3) ingenium criticum, ut in depravatis quidem locis reperiat simile quid, similem quam medicinam,

4) animum, criticae arti commodum, hoc est, a) patientem laboris in cogitando atque excogitando, item in quaerendo per Lexica et Indices cum editionum, tum librorum Observationum, — b) constantem ac firmum, qui non sit pronus ad corrigendum ubique, et fingendum omnia e suo ingenio, qui, liber a partium studio, nec vetera mordicus teneat, si absurda plane, nec nova reiiciat, si prorsus necessaria, nec subito occupetur a lectionibus Codicum novis aut virorum doctorum coniecturis, quantumvis ingeniosis ac speciosis, qui que aliorum emendationes sine ira toleret atque diiudicet,

5) usum aliquem Codicum manu scriptorum, ut norit elementorum figuras et ductus, compendiorum in scribendo rationes ac modos, sed praecipue librariorum morem alium triplicis generis illum, vel in exarandi arbitrio, iungendis separandis que vocabulis, vel in negligenter properanter que scribendo, ut peccetur in elementis singulis aut omittendis totis vocabulis versibus ve, vel denique in mutandis, novandis addendis que aut verbis, aut rebus, de industria, ad sapientiam ostendendam, vel per glossas.

Qui quidem usus et ipse comparatur vario modo, atque

1) e Codicibus inspiciendis ipsis tractandis que diutius, quae non est multorum felicitas, voluntas, patientia et scientia,

2) ex Excerptis e Codicibus, horum que comparatione cum editione quadam,

3) e libris operibus que, singulatim editis super Codicum omni conditione, ut Montefalconii, ut Mabillonii,

4) ex editionibus scriptorum tum principibus, quae dicuntur, hoc est, ductis ab initio e Codicibus, tum bonis aliis, item Observationum libris, ubi super Codicum lectionibus fit iudicium.

Iam, quanta copia artis peritiae que criticae exercendae atque ostendendae in Herodiano offerretur, cognoscere potuisti, mi Frater, e singulis fere paginis et Notis, etiam, qualem me ibi gererem. Verum, quod in iudiciis super opere Herodiano per Ephemerides litterarias mecum deprehendebas, quam parce tangerent illam operam meam criticam, cum fuisset tamen plurima et praecipua, quam emendationes, aut factas iam in textu, aut tantum in Notis propositas

tas adhuc, raro praeferrent, quam defensiones lectionum vulgatarum, in quibus et ipsis multum sudabam tamen, nullas fere memorarent: id quidem non iudicum illorum properationi tribuemus, sed potius rationi libellorum, quorum angustiis inclusi aut exclusi, tenentur defungi breviter tantum iudicandi recensendi que munere.

Quodsi igitur quaeris ex me, Frater Dilecte, quo prosit ista critica cura tam severa et multa, et quibus: habeto sic. Versatur illa pars critica in diiudicandis tum lectionibus diversis vel Editionum, vel Codicum, vel Interpretum duorum, Politiani et Bergleri, tum coniecturis atque emendationibus virorum doctorum per Notas, et deinde in propositis a me ipso quibusdam ad corrigendum ingeniis.

Hoc iudicium criticum, quo anquiritur exploratur que in partem utramque, caussis allatis idoneis, quid statuendum sit de rebus istis, probandae ne, an minus, intermissum est a quibusdam editoribus, tum in editionibus minoribus, in usum que scholarum vel lectionum paratis, ut chartae ac sumtibus emtorum parceretur, aut iudicium id sibi servarent interpretantibus, aut relinquerent aliis, sive magistris, sive adeo iuvenibus, paulo peritioribus, tum vero et in editionibus maioris molis, easdem ob caussas, maxime que tum, ubi facilis est optio atque diiudicatio.

Id ipsum videas, mi Frater, me secutum, ut in rebus leviculis, et per se patentibus, facile que reperiendis, iudicium ferrem nullum, ac res tales in Varietate Lectionis modo producerem. Enimvero, ubi textus constituendus, vera que invenienda lectio, et iusta sententia, interpretatio series que loci, ibi quidem iudicium istud criticum nolui omittere, et abesse in editione eiusmodi, quae princeps esset et ampla, nec solis comparata tironibus usui ve scholarum parvarum, sed etiam doctis et in Graecitate longe provectis viris.

Qui quidem cum ipsi per se possint de istis rebus iudicare ac dignoscere recta a pravis et vera a falsis: non sane docendi caussa adhibita est iis critica pars illa. Sed iidem ut solent in edendis scriptoribus partem exercere istam, veniam que hanc sibi sumunt, ita eandem dare velle debebunt aliis, et legunt adeo talia iudicia critica vel ad recolendum, quae dudum novere, vel ad agnoscendum, quae alii in eo genere sentiant.

Horum ergo secutus ego consuetudinem, iuvenibus maxime volui, si possem, *thesaurum* quendam *criticum* suppeditare, ratus, non eos iuvari, si sub textum nudas proiicerem res supra propositas, varias lectiones, reliquas, et sine omni iudicio, nec aliud esse alioquin, ac si quis medicus cadaver hominis aliquod modo proponat spectandum, sed ipse postea deserat, nec dissecare instituat, nec sermone habendo iudicio que ferendo super eo alios edoceat.

Meministi vero, Frater Carissime, et Batavos, qui riderent interdum editores eiusmodi ieiunos steriles que eorum editiones, cum sine critico iudicio Lectionis Varietas et caeterae res istae superiores in lucem prodiissent.

Tum cogitaveris, Frater, illud etiam, ut diiudicandis rebus eiuscemodi nos critici exseramus ac promamus iudicandi vim, acumen, ingenium, sic quoque eadem opera iuvenes certae aetatis, legendo cogitando que secutos, suum acuere iudicium, ingenium alere, et discendis regulis criticis ac legibus loci alicuius vel emendandi, vel tuendi, animadvertenda que critici verecundia et lenitate, fieri idoneos posse ad alios libros, sacros illos et profanos, bene legitime que diiudicandos, cum non sint leges illae uni tantum propriae loco, sed plerumque universae, pluribus que communes et aptae scriptorum locis.

Nominatim vero illa pars critica, quae spectet atque enumeret errores graviores Editionum minus, quam Codicum, commissos ab operis vel librariis, praesertim in confusis litteris, syllabis, vocibus totis, praecipue praepositionibus, quantae utilitatis sit, quanti que pretii, quin memineris, Frater, non dubito. Immo legisti, qui alii tales res adeo non negligerent, ut potius summa cum cura anquirerent referrent que, vel per Indices, ut cum Cornario Fischerus in Platonis particulis, ut Reizius in Tertio Luciani Tomo, ut Alberti in Glossario N. T. At quanti isti Viri et quam docti! Quam provide, quam utiliter egerunt! Horum opera accuratio que ut saepe mihi profuit in parte hac critica: ita confido, fore, ut, quam diligentiam adhibebam in talibus erroribus detegendis atque monstrandis, eadem aliis olim profutura sit quoque, et, confecto postea Indice simili, ut reperiantur, qui, quam habeo gratiam vel vivis, vel mortuis viris, in genere hoc me adiuvantibus, eandem mihi aliquando, vel non viventi amplius, habeant; ut sensisti mecum, Frater, esse iam, qui per Ephemerides litterarias istam operam et postularint et expectarint.

Harum igitur critices partium usus vagatur maxime ad viros doctos et adultiores adolescentulos. Nam apud pueros tenerioris aetatis et in scholis minoribus haec quidem pars critica, nisi plane praetereunda sit, tamen modice parce que tantum usurpabitur, nec longo iudicandum erit sermone de locis corruptis, sed breviter fons ac modus erroris vitii que indicandus, causae et leges emendandi servandi que textus paucis afferendae, quoniam aut puerorum talium ingenium nondum est eiusmodi, ut percipiat longum iudicium criticum, aut ea opera praeripitur tempus aliis rebus, magis necessario monendis ac discendis utilius.

Et sic memineris, Frater Dulcissime, e scholis, quibus interfuisti olim, meis, brevissime semper hanc me tractasse partem criticam. Sic que Tu ipse intelligis, Tuis nunc quidem utile fore satis que, ubi cognoscant primo e diversitate ista lectionum genera quaedam praecipua, confusiones praesertim cum causis, deinde canones aliquot criticos ad emendandum vel obtinendum locum, saltem vulgares, ubivis obvios et in aliis libris legendis intelligendis que omnibus maxime profuturos.

Rem vis explicatius audire? Quoniam Te novi facilem erga me et in obſequio promtum paratum que: ibis mecum per ſingula.

Cum non una ſit Variarum Lectionum ratio, ſed quaedam earum parvi momenti, maioris quaedam aliae: ubi in extremis duas has litteras *v. N.* conſpexeris, ibi digneris legere ſubiectam Notam.

Verum in legendis Notis, praecipue meis, muniendus eſt animus patientia illa cogitandi, et ſuſtinenda quaedam moleſtia e continua rerum prolatarum ſerie. Cum enim multa dicenda eſſent ex inſtituto: ut cum lucro emtorum charta caperet multa, non ſolum elementorum parvitas adiuvare potuit, verum etiam haec mei ſcribentis cura, qua caverentur divulſae periodi nimiae atque ſingulares enunciationes, ſed contra cogitata copularentur arctis quibusdam ſcribendi generibus formulis que, nec omitti poſſent parentheſes, quibus ſane interdum cogitandi ſeries turbari, ſed et cogitandi patientia intendi poteſt, ſi reputentur moleſtiae iſtius perferendae lenimenta nonnulla, excerpendi que potiora voluntas atque propoſitum.

Sed quae Varietas Lectionis pertinuerit modo ad errores operarum aut librariorum inanes, ea aut plane transeatur, aut ſine monito legatur. Nam valet illa illius a me facta commemoratio tantum eo, ut natura pretium que Editionum aut Codicum agnoſcatur; cuius utriusque rei notitia pueris certae aetatis non eſt neceſſaria.

Tum Editarum Codicum que Varietas Lectionis quaedam profert rationem diſtinguendi atque interpungendi. Quae quum non mutat ſeriem ac ſenſum: ſimiliter omitti poterit. Sin erit inde ſeriei ſenſus ve mutatio, quam illa *v. N.* ſignificabunt pariter: breviter modo diſcrimen e Nota repetetur, ſufficiet que, monuiſſe haec in univerſum,

1) totam interpungendi rationem ac ponendi diſtinctiones maiores, minores, commata, cola, ſemicola, puncta, etiam hodie incertam fluctuare, nec habere apud multos perpetuam legem,

2) memoratas a me diſtinctiones interdum eſſe modo ad noſcendum, unde v. c. fluxerint editiones quaedam, ſed et in uſum Berglerianae Verſionis.

Porro alia Lectionis Varietas habet levia quaedam haec,

1) voces vel iunctas vicinius, ut encliticas, *εἴτι*, etc. vel contra ſeparatas, ut negativas, *μὴ δὲ*, quarum poſtremum genus monebitur interdum facere aliquod momentum ad ſenſum et rectionem meliorem, ut in *οὐδὲ*, *οὐδέποτε*, quae neceſſario interdum eſſe divellenda, ut prius genus in encliticis hauddubie ortum e vetuſta ſcribendi ratione in Mss., quo de poſt,

2) accentus alios, ut in verbis, v. c. *δράσαι* et *δρᾶσαι*, it. in ſubſtantivis, *αἰδὼ* et *αἰδῶ*, it. *κρηπίδας* et *κρηπῖδας*, it. *χώραν* et *χῶραν*, et *στρατιώτας*, pro Oxonienſis editionis *στρατιῶτας*, denique in dictionibus illis encliticis, maxime continuis, *ἐπί σε* et *ἐπὶ σὲ*, it. *εἴ τε τινὲς* et *εἴ τέ τινες*. In quo genere ut brevi monito

est opus praecepto que: sic cuique concedendum esse arbitrium suum videtur, ut et in

3) addendis omittendis ve tum *spiritu*, ut in προὔχοντα et προύχοντα, it. τοὐναντίον, etc. tum *iota* illo *subscripto*, v. c. infinitivorum, τολμᾷν, it. alibi, in ἄρασθαι, it. ῥᾴδιον, πρᾷον, it. κᾀκεῖθεν, et κομιδῇ, ἡσυχῇ, in quibus postremis modo verior rectior que a nobis ostensa est scriptura et per editionem nostram adhibita, tum *apostropho*, ut in δ' et δὲ, it. ὑπ' et ὑπὸ, in quo nec certi quid esse diximus, nec sententia perdit.

Alia res est in Varietate Lectionis hae, quae tenet confusionem litterarum. Hic quidem

1) pertinent quaedam ad notitiam solam, ut simplices esse adhibitas pro duplicibus, v. c. ἀσχάλων, pro λλ,

2) quaedam pervertunt sensum, ut ἔμελε, pro ἔμελλε, it. ὑμῖν, pro ἡμῖν, it. προσιέναι et προϊέναι, quo in postremo genere tenetur lex illa atque animadversio communis, saepe praepositiones confundi,

3) quaedam, ut permutatio thematum in verbis, tanquam προσεδόκουν et προσεδόκων, item temporum, ut infinitivorum aoristi et futuri, ὑπακούσασθαι et ὑπακούσεσθαι, item praesentis ac futuri, μένειν et μενεῖν, suppeditant monita super rebus talibus non inutilia, primum quidem, diversa esse themata, in έω et άω, secundum autem, tempora ista esse syn., denique tertium, dissensum esse ex absentia accentuum olim in Codd.

Atque haec quidem meministi, mi Frater, pertinere maxime ad Editiones; in quibus Tua ipsius prudentia sagacitas que addet alia, hic a me non tacta atque repetita.

Enimvero in Varietate Lectionis, qua ducitur e Codicibus, prodesse Tuis pueris, atque aliis etiam, putem haec in primis praecepta,

1) olim seriem fuisse ibi omnium unam, sine intervallo et veluti intercapedine quadam, unde ista iuncta, οὐχήκιστα et οὐχ ἥκιστα, συχόμοια, ἐξανάγκης, τηνταχίστην, κατολίγον, rel.

2) hinc fluxisse non tantum eadem aut similia in editiones primas, ut Aldinas, sed et errores librariorum lectiones que novas, v. c. dividendis aut copulandis vocibus,

3) librarios tamen inconstantes solere esse non modo hactenus, ut ista iuncta separent alibi iterum, sed etiam aliter, ut interdum simplices, interdum duplices rursus adhibeant, λ et λλ, it. μ et μμ, similiter in apostropho δ' et δὲ, rel., porro in substantivorum vocalibus ι et ει, ut ἀσθενίας et ἀσθενείας, it. in consonantibus, veluti σσ et ττ, in θαλάττης et θαλάσσης, tum in accentuum ratione, it. in contractione, προσκαλ. et προυκαλ. tum in accusativo plur., βασιλέας et βασιλεῖς, it. in τοὔνομα et τὸ ὄνομα, similiter in leni pronominis, αὐτοῦ et ἀυτοῦ, denique maxime in articulo addendo, omittendo, aliter ve locando,

4) fieri talia etiam per glossas, quas glossas esse varii generis, variis que de causis susceptas, quas dispositas per classes dabimus olim,

5) praeter alia, confusas saepius esse ibi praepositiones, ut πρὸ et πρὸς, quae et interdum perierint in vocum initiis,

6) adhiberi quaedam compendia scribendi, ut ανος, pro ἄνθρωπος, it. scripturas ambiguas, tanquam μισεῖτε et ἀνειμένως,

7) peccari praeterea varie ibi, in accentibus, σπούδαιον, pro σπουδαῖον, it. in spiritu, ὁμόσαντες, pro ὀμοσ. contra que ὅρκων, pro ὅρκ. sed maxime in omittendis quibusdam, singulis vocabulis, versibus integris et pluribus, id que sine idonea causa, vel ob similes litteras et voces.

Quorum omnium exempla et deprehendisti iam, Carissime Frater, et postea deprehendes.

Haec ex parte *critica*, maxime, qua pertinet ad Herodianum. Est enim subinde etiam crisis adhibita a me atque emendatio, spectans alios scriptores, per occasionem productos, etiam v. c. ad Suidam. Unde olim, exemplo aliorum, quoque subiicietur Operi absoluto Index in loca aliorum scriptorum vel emendata, vel illustrata. Quae opera proposita est sane potius viris doctis et editoribus postea.

Sed, Frater Suavissime, aliud est porro iter ingrediendum, quo aeque libenter sequeris. Venimus enim ad mei Operis partem hanc, quam dico *philologicam*, si forte licet appellare sic illam, angustiore sane sensu, cum tracto istas grammaticae vulgaris partes duas, etymologiam et syntaxin, sed in prima etiam amplius quid, et quod est Lexicorum. Igitur in hac parte *philologica* quae videatur esse utilitas?

Aliis quidem, non pueris, dedi, quae pertinent ad verborum notionem aut rectionem variam, tum illa in fine plerumque, ubi leguntur: *confer in rem criticam et confusionem*, denique cum tetigi affinia vocabula, et raro synonymica. His enim, a me congestis repertis que inter quaerendum, utentur potissimum, qui olim Lexica aut vetera edant auctiora, aut nova concinnent; sicut et Gesneri Thesaurus habet hoc, ut ad extremum moneat de confusione vocis cum alia.

Tamen et pueris proderit haec copia nostra ad notitiam Graecitatis amplificandam, quod sit copia vocabulorum, porro quoties ditavi libellum L. Bosii de Ellipsibus Graecis, deinde ubi seriem quandam et genealogiam significationum demonstravi, aut revocavi ad pauciores principes que notiones vocabulum; quo memoriae consultum itur, et praeterea Lexicographis iterum.

Pueri autem in primis ex hac parte accipient librorum notitiam, et discent, qui adeundi sint verborum phrasium que veluti testes, fontes, fundi, et ubi, quibusdam quasi cisternis atque receptaculis,

exempla dictorum reperiantur plura. Quae notitia librorum, adiuta per Indicem in compendia nominum, iam Tomo Primo praemissum, non illa pueris sane adhibebitur ad vanam ostentationem, sed potius cum ad reverentiam amorem que talium librorum atque virorum, ubique fere laudatorum, tum ad cupiditatem eorum legendorum, cui siti satisfiet deinde e bibliothecis vel publicis, vel privatis, quas adeundo quaerent libros cognitos, cum ignari talium nesciant, quomodo utendum sit bibliothecis, quid ve per ferias et otia utiliter legendum ad notitias que locupletandas.

Memini vero, mihi sic profuisse etiam Rostium, praeceptorem olim hic Plaviae prorsus egregium. Qui cum subinde per lectiones in schola aut domi (ubi hospitem me multorum annorum, et eum interioris admissionis dignatus) nomina librorum eiusmodi philologicorum protulisset, et cum honorifica commendatione, ac me non ignarum horum dimisisset in Academiam Lipsicam, et ad viros ibi primarios: habui tunc, quos ab istis viris, aut e bibliothecis publicis peterem libros, aut quos per examina ipse nominarem cum laude, aut quos per otia recognoscerem, dum socii studiorum nil scirent, quod aut secum soli que agerent, aut responderent interrogati atque explorati.

Sed et memini de Te, mi Frater, quid instituendo in hanc partem iuvares. Cum enim ruri Tecum habuisses magna illa Beckiorum nomina, et illum in primis, qui Lipsiae nunc eminet ita longe ac praeclare, ad me duxisses simul, profectus quondam visendi ergo huc Plaviam: is Beckius, ita gnarus librorum redditus a Te, nil, nisi, ut lateret in bibliotheca mea, nec modo editiones scriptorum libellos que Observationum pervolaret, sed et horas totas legendo iis frueretur, otium sic fallens suum aliquod, et explens non exspatiando, sed animum pascendo atque nutriendo.

Itaque in Tuis quid nunc facias filiis ipsis, probe scio, vel absens, ut ex Herodiani hac parte philologica suggestam a Te notitiam librorum tenentes, non tam laudem aliquam in Academia nobiscum et principatum in plebe studiosa ferant, quam exempla secuti domestica et vestigia, quaerendo a doctoribus et e bibliothecis libros generis huiusce, versando que hos manu diurna atque nocturna, doctrinam cumulent, memores, libris hisce commoda accedere non tantum iis, qui scholarum umbris addicant vitam, sed et adeo his, qui theologorum personam suscipiant non vulgarium.

Sed, nondum, opinor, fessi colloquio nostro, Frater Doctissime, progrediamur ad Herodiani partem tertiam, quae est *exegetica*, tractans non modo Graecum textum, qua ratione reddendus sit atque intelligendus, sed quoque Versiones, quas alii dederint.

Ad textum quidem intelligendum cum requiratur rerum cognitio atque historiae: nemo lectorum omnium negligere volet allata illuc e scriptoribus eiusdem vel aevi, vel historiae, ut Dione Cassio, Capitolino, Anglis, aut qui res narratas illustrant, ut numismatum, antiquitatum, geographiae auctoribus.

Sed rerum peritiam comitetur intelligentia verborum, vel privorum, vel iunctorum, tum enunciationum, aut singularium, aut in periodum unam conclusarum plurium.

Ac structura quidem et copulatio enunciatorum cum valeat ad fingendam legentium orationem, sit que repetita partim ex usu atque auctoritate scriptorum priscorum utriusque sermonis, Graeci Latini que, partim e placitis et praeceptis rhetorum: quis tandem puerorum refugiat monita super talibus per Notas? Horum maxime scriptionem, orationem stylum que conformari oportet ac fingi.

Quanquam diu est, cum hoc non curant amplius, ut ad contexta veterum scriptorum ipsa, et istorum in nectenda oratione rationem atque collocationem componant Versiones suas Interpretes. Implicatam nimis, aiunt, veterum orationem, quae constet periodis et crebris et longioribus. Cumulata istorum, quae interiiciantur, membra, quae contineant περιστάσεις varias secundarias que enunciationes, facere Versionem languidam, ac praecipue frequentata ista participia, et genitivos istos ablativos que consequentiae. Unde rumpendas esse periodos atque divellendas, et pro corpore iusto exhibenda membra singularia, incisa, cola, breves que comprehensiones et ambitus orationis. Hunc esse nostratis linguae *genium*, indolem, ingenium, hoc praecipuum, ut brevitate commendetur, atque adeo perspicuitate maiori.

Cum Vernaculis hominibus concedam voces huiuscemodi: qui Latine scriptores Graecos reddere instituunt, non ii habent, quo purgent negligentiam in vertendo suam, et quod committunt hoc, ut deserant severitatem interpretandi, nimis que discedant a textu et velut exemplo. Servare potest Latina quidem lingua et versio, si a tropis quibusdam, et locis non adeo multis discesseris, tum rectionem verborum, tum ordinem seriem que, tum denique periodos. Et hactenus utentur lectores, et nominatim pueri aetatis maturioris, disputatis a me subinde per Notas, maxime de periodo struenda.

At vero sane muniti patientia illa cogitandi accedant, necesse est. Postulat enim longa orationis series, longum quasi filum, ac suspensus per interposita membra sensus, diducta que et instructa multis partibus atque exornata protasis apodosis ve, et demonstrata a me scriptoris ars et peritia, postulat mentem intensam cogitationem que continuam. Erit adeo et hicce fructus e libro, ut hinc quoque ad patientiam laboris et molestiae animus adsuefiat.

Sed ridere videris Tu, mi Frater, cum me vides poscentem haec severa saeculo hoc, ad omnem vergente mollitiem, etiam in rebus, quae disciplinam attingunt. Omnia nunc litterarum studiosis facilia sint et veluti prona. Omnia absque sudore parari debent et pulvere. At sinamus, Frater, suo illos vivere modo. Nostros cogemus adeo severa proficere lege patienter que et cum molestia multa.

Compensabit virtutem hanc, constantiam, fortitudinem commodum illud, ut, ad singulas voces phrases que attenti, discant Tui simul

cum aliis pueris atque iuvenibus vertendi rationem tum severam, tum variam, certe Latinae verborum copiae illam inservituram, una cum legibus ac modis, quibus deceat reddi vocabulum quodque.

Nosti enim et hoc, Dilectissime Frater, quam leves sint hodie celeres que interpretes, ut non diu cogitent de verbo, quo vertant, alio, alii respondente, proprio, vicino, sed saepe scribant numero, quod primum in mentem veniat, verum praesertim, quantopere negligant Graecarum particularum vim atque notionem.

In quam partem non admodum saepe novus peccavit Herodiani interpres Berglerus, liber ille aliter interdum tamen, quanquam verecundus prae vetere Politiano. In quorum interpretationibus diiudicandis cum opera occupetur nostra pariter: Latinae item linguae facultatem adiutam experientur pueri suam, praeterquam, quod oblectatos se sentiant, cum videant, qua arte et quasi calliditate Herodianus Latinitatem contexerit Graecis vestibus, etiam furta sua et imitamenta. Suavitas exorietur voluptas que similis isti, cum inter se certantes in locis ac rebus pingendis animadvertas poëtas, et varietatem ingenii copiam que, et inveniendi atque eloquendi novitatem.

Sed haec et alia, ut Scheidii aliorum ve Versiones locorum certorum, cognoscere non avent pueri atque iuvenes, nisi quibus magistri contigerunt boni, Rostio et Tibi, mi Frater, non dissimiles, ac quibus inditus est impressus que a prima statim aetate amor et cupiditas sciendi plura, nec tantum haec, quibus eget victus quotidianus aut institutum vitae aliquod per necessitatem summam.

Vulgo etenim nunc, ex eadem illa saeculi huius mollitie, circulos, quibus studiorum includant stadium, sibi faciunt pueri (corrupti adeo a magistris quibusdam ignavis et male prudentibus sapientibus que) angustiores, nec spectant latos, quibus colligatur scientia, campos ad percurrendum, amplexi encyclopaedias quasdam sicciores, et superficiem rerum contuiti modo, nec fundum petentes litterarum.

Cum Tuos, Frater Optime, doceas recte ac plene: ut incitamentum aliquod et quendam celeustam ad reliquum iter litterarium audias, cum praecone amoris mei in Te perpetui praesente, do Tibi, dedo, dico Herodiani Tomum hunc alterum, cuius ratio similis quidem est illi primo, quoad tractandi modum severitatem que curae, etiam in praemissis iterum *Corrigendis* et *Addendis*, quae nec Tu contemseris, nec qui hunc Tomum per Ephemerides nunciant censores, utpote spicilegium quoddam e repertis per occasionem et retractatas post prela cum spatio cogitandi longiore plagulas, quae, ut in superiore Tomo factum meministi, missae Lipsia huc Plaviam singulis hebdomadibus, effecerunt, ut in Tomum secundum hunc absumeretur annus fere. Sed fert tamen idem hic Tomus brevitatem maiorem illam, quam ipse promisi praevidi que, et Ephemerides quaedam poposcerunt, complexus quippe *tres* nostri scriptoris libros, tum Excursus et pauciores, nec ita longos.

His rebus frueris, mi Frater, memor mei, et monitus, ad tertium Operis Tomum confectos iam nunc a me libros quintum, sextum et septimum dimidium, ac, quo tempore scribebam haec, e septimo libro septimum item caput. Quos labores dum prela exercent nova: spero, fore, ut reliqua pars textus Graeci tractando absolvatur, caetera que componantur, quae Tomum expleant tertium, ac finem sic Operi imponant toti.

Sed certum quod tempus, quo succedat ultimus hic Tomus, praedicere nequeo, cum longe progredi non liceat in paucis a labore scholastico otii temporibus, maxime per hyemem, et plagulis, quae Lipsia veniunt singulae ad emendandum, prela retardantibus, et propter perpetuam quaerendi de Herodiani Graecitate necessitatem, denique quoniam longioris curae-cogitationis que futurae videntur dissertationes binae in primis, tum census Codicum manu scriptorum Editionum que, tum Herodianae scriptionis imago universa.

Quandocunque Opus confectum plane prodeat: quos Indices varios expetunt Ephemerides, et ipse Tu, Frater Carissime, necessarios vides, ut reperiri possint repeti que res tractatae, dabo sane, e multis haustos plagulis, quibus illino quotidie singula, scitu necessaria.

Deum vero et Tua, mi Frater, patitur pietas et meus vult animus laudari hic palam atque praedicari, cum virium animi corporis que sustentarit integritatem et alacritatem, in primis salvam oculorum aciem in continua contentione, et declinante nunc aetate atque descendente, post vitae annum quinquagesimum septimum, sed muneris scholastici trigesimum. Dabit idem immortalis Deus mihi quidem, si salutare est, cum vita longiori finem laboris huius immensi, sed Tibi Tuis que

pro iucundis aptissima quaeque.

Ita vive, Frater Optime, cum Tuis porro, ut potes ac soles, me que ama, ut facis et scis, Te a me amari unice.

Scripsi Plaviae Variscorum mense Novembri A. C. N. CIƆIƆCCLXXXIX.

Finieram, cum addenda offerebantur duo, primum hoc, quod filius periculum fecit sculpendi in tabula aenea ad 4, 2, 12. sqq. non modo *aediculam* illam *consecrationis*, sed etiam *Pharum*, ib. §. 15. comparatam ab Herodiano. Quarum similitudo aut dissimilitudo aestimari sane poterit melius, utrisque iuxta se positis. Sculpsit autem ad imaginem aedificii apud Fabricium in bibliographia antiq. p. 368., sed turris alterius apud Montefalcon. antiqu. ed. Vern. p. 382. Tab. 126. Nr. 2.

Deinde in manus venit de primo Herodiani Tomo iudicium, factum in libello, qui inscribitur *allgemeine deutsche Bibliothek*, ubi 90 Band. 1 Stück S. 204 auctor, sive potius artifex, bilem et virus

ſic effudit, ut nemo antea. Cuius ego hic modo referam iſta, quae falſo et per iniuriam dixit. — *Die drey Handſchriften* — *ſind die* beſten *Hülfsmittel*, welche *gebraucht worden ſind* (?) weit *unbeträchtlicher* iſt *Berglers* Ueberſetzung (?) *Aber* durch *den* Gebrauch *dieſer* Hülfsmittel *hat* Herodian *ſelbſt* nichts *gewonnen* (?) — *wenn* man *einmal* in *die* Noten *blicken* will, *und* ſich *da* plötzlich *in* einen *unabſehbaren* Wuſt (?) *von* Druckfehlern (?) — *Abbreviaturen*, und *tauſend* andern (?) *nichts* aufklärenden (?) *Dingen* wie begraben *ſieht*. — Hr. Irm. *bleibt* der *alten* orthodoxen *Kritik* ſo *getreu*, wie *z. B.* Hr. Fiſcher *in Leipzig*, und *zur* Vertheidigung *einer* alten *Leſeart* wird *alles* aufgeboten, *was* Aehnlichkeit *hat* oder *nicht* (?) — Zahlreiche *Erläuterungen* von *einzelnen* Worten *und* Redensarten, *ſind* noch *am* Ende *als* Excurſus *angehängt*, die *mit* der *kleinlichſten* (?) Weitſchweifigkeit *für* Schüler (?) *abgefaſst ſind*. — Quid igitur? Cenſor hic certe properavit, impatiens que et legendi et videndi et cogitandi, atque ira impeditus, adeo ſe criticum non praebuit talibus effatis, adeo falſa ſuopte confinxit ingenio, adeo ſua omnia ſine rationibus et argumentis exemplis que profudit, ut ſilentio in poſterum praetereunda ſint ac negligenda, ſi qua de Tomis operis reliquis iudicaverit.

Et poteram celare viri iſtius totum ſtomachum illum iam nunc Te quoque, mi Frater, et alios, in quorum notitiam ille libellus non venturus eſt, niſi erant, qui, me prorſus ad iſta tacente, putarent, illum aliquid dixiſſe, cum nihil dixerit, viciſſe illum, ſed me iacere. At enim ſtamus adhuc, et porro ſtabimus, muniti non tantum veritatis clypeo, — mendacia vanitatem que peroſi, — ſed quoque lenitatis aliquo radiantes decore, contenti item rectorum conſiliorum conſcientia, et apud iudices idoneos honore quodam. Tu quidem, Optime Frater, in memoriam videris mihi revocare illa Noſtri 4, 14, 9. et veterum Comicorum affinia haec,

Ἀνδρὸς, τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν,

et

Νίκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν.

Addebam Plav. d. XV. Decbr. anno eodem.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

A. p. 2. l. 25. εν fine fpiritu effe debet — p. 4. l. 24. alibi, cf. Diod. S. 2, 149. l. 25. ὁ. μέσ. τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν. — p. 6. l. 18. cum π. v. Hoog. Op. p. 1078. Nr. 7. p. fq. e. Ael. V. h. v. π. et ὡς, Fi. Ae. 2, 26. i. eo Xen. Cyr. ex 5, 2, 5. ὅ τί ποτε εἴη ταῦτα, Th. V. 1. p. 275. i. ὅ, τι ποτε λ. quaenam *illae* res *effent*, quocum Stp. in m. aliquid faltem dedit, — p. 10. l. 5. αἰφνιδίως xx — ib. l. 7. v. N. xx) αἰφνηδίως ed. Lu. mendofe. — ib. l. pen. Capit. de Vero — p. 11. l. 31. it. Dd. S. 2, 161. l. 42. p. fq. l. 30. — p. 12. l. 21. poft 99. add. „et ap. Polb. 2, 576. i. ἐγὼ δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀ. *huius* ego *regnum* ut *fufcepi*, fine Ind. (ubi modo formula fyn. διαδ. τὰ πράγματα,) it. p. 726. m. — p. 14. l. 27. Dem. 444, 6. 480, 19. fq. et cum ὑπὲρ 569, 17. it. cum adi. noftro ib. Ind., cui add. 174, 5. 7. 387, 11. 479, 27. 481, 10. fed — p. 15. l. 3. colon fiat in apice poft φίλον h

B. p. 19. l. 10 *foribus*" cf. 7, 12, 13. — ib. l. 19. confeq. — ib. l. ult. ὂν — ὄντα — p. 24. l. 15. *cunctamini*, cf. Dem. fine Ind. 102, 11. 138, 13. τί μέλλομεν; — ib. l. 35. Bach. — p. 26. l. 17. *adeffe*, fed alio fenfu ib. 2, 238. l. 12. τῶν ἐ. σ. προσιόντων, *qui* ipforum *in* fal. *ad* eos *accederent*, tum fine Ind. ap. Luc. 1, 709. l. 41. ἐ. σ. falutis *caufa*, — ib. l. 22. pro fibi leg. fiti — ib. l. 33. Dion. Caf. it. Liban. ep. 11. i. κεῖται γὰρ Ἀριςαίνετος, *hic* enim *fepultus* iacet *Ariftaenetus*, per terrae motum, fed cum —

C. p. 35. l. 15. Polb. fed cum Stp. ad Herdt. 459, 36. 39. ὁ. κήρυκας, — p. 46. l. 34. etc. cf. in συμβ. τὰ ἀρ. 1, 4, 9. τὰ ἀρ. σ. variatum non tantum ordine, fed et adiuncto σωτ. a Noftro de fuo, nunc demum mihi repertis ap. Herdt. fine Ind. 616, 7. συμβουλευομένου ἂν συμβουλεύσειε τὰ ἀρ. *ei confultanti* optima *confuluerit*. — p. 47. l. 1. dele comma poft ὡς — ib. l. 2. ὑπὸ —

D. p. 49. l. 10. poft cf. add. „fine Ind. Polb. 1, 35. i. f. 1, 59. i. Abr. — p. 50. l. ult. *Staatsverwaltung*, cf. fubft. cum alia praep. ap. Liban. p. 18. l. 7. τῇ περὶ ταῦτα ἀρετῇ, *ifta* in *his* talibus *folertia*. Denique. — p. 52. l. 31. poft alibi add. „(1, 17, 10. in ἐτῶν τοσ. variato per ordinem) eodem — p. 56. l. 15. poft πεπειρ. add. „cf. Thuc. 408, 2. τῇ προσδοκίᾳ ὧν πείσονται, *expectatione* cladium, *quas* effent *accepturi*. — ib. l. 32. poft 120, 7. add. „it. Phil. p. 307. A. e. μὴ μέλλοντας καὶ βραδύνοντας, ἀλλ' ὑπερβάλλοντας τάχει. — p. 57. l. 35. πανδ. et in ἐμ. προθυμ. ad 3, 6, 16. — ib. l. ult. fyn. cf. Di. H. S. T. 1. 389, 35. παραδιδόντας σφᾶς αὐτοὺς ὑμῖν δίχα τῶν ὅπλ. inermes *fe* vobis *dederent*. — p. 60. l. 40. fubft., ut ap. Dd. S. 2, 249. l. 37. ἐταράττετο τὴν ψυχὴν, at — p. 63. l. 14. e P., nihil monens de rectione cum diferta pr. μετὰ, iuncta peculiari ratione et in notione ordinis, cf. Call. Iov. v. 36. Muf. v. 135. If. Ev. Xen. Cyr. et Bach. fed fine Ind. ej. Ἀνβ. 3, 1, 45. 4, 6, 10. cum Poff. Sy. p. 249. m. Rs. O. V. 7. If. fed cum acc. perf. eodem aliter Hom. Ind. in N. it. Herdt. et Wytt. Pl. tum in οἱ μετὰ cum gen. perf. i. q. οἱ περὶ λ. Rs. O. V. 6. porro in rem crit. Eur. Phoen. p. 534. b. Diod. S. Fi. Pal. p. 122. N. c. e. tum de vi in compoff. Gat. Adv. et Abr. ad Ae. V. 2.

E. p. 66. l. 10, alibi, cf. 1, 9, 2. i.) et — p. 67. l. pen. Luc. Rs. O. V. 4. Xen. Bach. Thom. M. fed cum pr. πρὸς et gen. perf. fine Ind. ap. Herdt. 371, 80. 566, 12. fed Sch. — p. 70. l. 31. fqq. leg. fic: Di. H. S. T. 1., cf. infra ad 7, 1, 21. ὑπατείας, fed femel in Polb. Ind. 2, 28. i. cum liberrima Vs., ut in fyn. formula ap. Iof. 2, 410. m. τὴν ὕπατον δίδοὺς τιμὴν, *eum* confulem *declaravit*, ad quae N. „i. e. τὴν ὑπατικὴν τι-

μήν. Sic ap. Herodi. habemus τὴν ὕπατον ἀρχ." et praeterea cum al. subst. rei aut pers. Call. Theogn., at nominatim ut epitheton deorum, Apollinis D'Arn. An. Cr. it. Iovis V. Eur. Hipp. Diatr. it. Dianae Dem., porro cum gen. pers. Hom. Orph. ubi et absolute, ut ap. Luc. τὰ Ὕπατα, pro nomine loci proprio, et in re musica ὑπάτη Dd. S. cum L. Bos. Ell. Suid. 3, 535. i. Hsy. 2, 1452. m. et pro ὑπατικὸς Cas. ad Suet. Dom. c. 15. ut scriptores — p. 73. l. 22. quae operae inter corrigendum transposuerunt tribus versibus, sic reparanda sunt„ reddens adeo primo adv. intra articul. et nom. per adi. et neutr. adi. per subst., deinde, praeter pron. aliud possess. ὑμέτερον e P., adiunctum gen. in regimine per particip. abl., sed ut sic praep. eius pendeat a pr. nom. ὁ., non sq. τ., nec tamen fere aliter licuerit, cum severa ratio hic non procedat. — p. 75. l. 40. post *pron.* add. „sed Hom. Ἰλ. ά, 299. τῳ ἄλλῳ, *cum* alio *quovis*, Dem. —

F. p. 83. l. 14. φαίνεσθαι, sed L. N. T. Schw. p. 720. N. 1. e. „sic Herodi. 2, 3, 15. ἀχ. ὀνομ. *ingratus* animus *est*." — p. 87. l. 9. uncum adde post rel.) in — ib. l. 40. A. et cum praep. alia ap. Heliod. p. 133. e. μὴ οὕτω ποτὲ πάθος ἰσχύειν, ὡς μνήμην τὴν εἰς τὸ θεῖον ἐκπλῆξαι. — p. 88. l. 19. in οὐ cum — p. 91. l. 7. *interesse*" (quod — ib. l. 8. T. 2. it. Polb. cui add. E. L. 25. f. 2, 573. e. τὰ διαφέροντα τοῖς ἰδίοις πράγμασιν, *quae regno suo* sint *accommoda*, coll. syn. p. sq. i. συμφέροντος λ. — ib. l. 10. leg. 126, 40. et Dd. S. 2, 322. l. 65. sine Indd. at Ind. Luc. — ib. l. 22. Fi. The. b. m. sed ap. Dem. sine Ind. cf. sine artic. 57, 5. 1410, 15. tum plene καθ' ἕνα ἄνδρα 278, 12. — p. 95. l. 5. μικρ. λ., cf. infra ad 7, 3, 17.

G. p. 100. l. 39. Ad 2, 4, 1. Leisn. — p. 105. l. 45. Herdt. (ubi et sine Ind. cum gen. pers. 372, 5. οὐ βουλομένους ὑπηκόους εἶναι Δαρείου, *Dario* parere *recusantes*, ubi e glossa est Var. L. dat. Δαρείῳ, cf. sine V. L. ib. 572, e. τῶν Λακεδαιμ. ὑπήκοοι) et Xen. — p. 106. l. 10. provinciales, cf. Polb. 1, 285. m. πόλιν, μὴ οὖσαν ὑπήκοον Ῥωμ. — p. 108. l. 26. in m. Ms. Bg. — p. 109. l. 19. sqq. et syn. Polb. 2, 728. m. καὶ κοινῇ, καὶ κατ' ἰδίαν, — ib. l. 34. nominatim ad nostrum adi. — p. 110. l. pen. *ingenium*, (expleto sic ad neutr. illo subst. ἦθος, quo de cf. §. 2. N. e. ad εἴς τε τὸ κοσμ.) sed solum τὸ πρ. cum gen. al. Fa. Aes. ut nudum adi. in L. N. T. Xen. Z. Pol. et Cyr. at sine Ind. Bach. Sy. 1, 10. Is. Ev. ut cum acc. ellipt. πρᾶος τὸν τρόπον, sed cum praep. etiam Dem. et in rem critic.

H. p. 115. l. 20. Stp. Th. cf. Xen. Ἀνβ. 7, 3, 26. ὁ δὲ ὑπέσχετο — τῷ στρατηγῷ τετραμοιρίαν καὶ γῆν, ὁπόσην ἂν βούλωνται, — p. 116. l. 6. ubi Sch. — ib. l. 21. post 20. i. add. „Caeterum P. deserit quoque Sch. in „εἰς *in* aliquot *annos*" sed in v. ἐτ. cum Bg., ubi praep. cum subst. temporis valet pro nostro *auf*, et Lat. *per* s. *usque ad*, cf. 7, 2, 19. — p. 117. l. 38. post *formae*. add. „Caeterum huc sine Gr. e P. respicit Heinecc. Antiq. Rom. p. 246. i. „paucissimi sane Principes Helvium Pertinacem imitabantur qui Imperatoriis possessionibus nomen suum inscribi prohibebat, non esse illas dictitans imperantium proprias, sed communes Romanorum et publicas. Herodi. 2, 4, 11. — p. 118. l. 45. allatam, it. a Poss. Call. p. 670. i. quibus — p. 119. l. 29. v. ἐλ. ubi add. 196, 7. 14. — p. 121. l. 32. (quem -- laudarat,) ubi et huc respicitur sine Vs., Hemsth.

I. p. 131. l. 18. Diod. S. cui add. 2, 238. l. 28. — ib. l. 19. leg. 237. 1. 262, 5. it. Ios. 2, 371. f. 6. m. — p. 134. l. 12. omittit, cf. 1, 6, 1., sed — p. 137. l. 18. Krg. cf. ap. Polb. sine Ind. 2, 279. m. κατὰ μὲν τὸ παρὸν — πρὸς δὲ τὸ μέλλον λ. in *praesentia* quidem -- *in* posterum *vero*, it. p. 726. i. κατὰ τὸ παρὸν, in *praesentia*, (opp. sqq. εἰς τὸ μέλλον et p. e. τῆς εἰς τὸ

μέλλον ἐλπίδος,) it. 741. f. 100. e. it. ap. Di. H. S. 491, 26. — p. 141. l. 31. in v. γ. Zoſ. 5, 9, 6. εἰς βαθὺ γ. ἦν προελθὼν, Luc. —

K. p. 145. l. 46. fine Ind. ap. Herdt. 617, 34. ἐπ. ἦν, μὴ λ. it. 477, 36. ἐπικίνδυνός ἐστι αἰεί κοτε ἡ Ἰωνίη, ἡ δὲ Πελοπόννησος ἀσφαλέως ἱδρυμένη, *Jonia* quidem *ſemper* obnoxia *periculis* eſt, *ſed* rel. Thuc. — p. 148. l. 8. ὄντας, cf. ſine Ind. iterum ap. Xen. Ἀνβ. 7, 6, 11. πάντα μὲν ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ, Th. V. 2. p. 429. i. homini *nihil* non *expectandum eſt*, Char. 71, 8. θάνατον μὲν γὰρ, ἄνθρωπος ὢν, προσεδόκων, Vs. p. 83. l. 16. mortem *equidem* exſpectabam, *qui* mortalis *ſum*, ſed melius D'Orv. p. 394. e. „homo *natus*. Eur. Hipp. 472. ἄνθρωπος οὖσα" *cum* ſis *homo*, in Vs. Barn. et Valk. ſed ſine N., tum ſine Ind. Herdt. 17, 1. τὰ πάντα μέν νυν ταῦτα συλλαβεῖν ἄνθρωπον ἐόντα, ἀδύνατον, ſed *haec* omnia *conſequi* hominem, *impoſſibile eſt*, immo *igitur* omnia *quidem* haec *ſimul* accipere *hominem* natum, *impoſſibile* ſ. *fieri nequit*, it. 534, 36. εἰδέναι δὲ ἄνθρωπον ἐόντα, κῶς χρὴ τὸ βέβαιον, δοκέω μὲν οὐδαμῶς, *ſcire* vero *aliquem*, quum *ſit* homo, *qua ratione* quid *firmum* eſſe *oporteat*, nequaquam *arbitror*, Abr. Dl. — ib. l. 14. πεφυκότι, et cum Vs. Th. V. 1. p. 3. i. *homini*, prout *eſt* a *natura*, ſed — ib. l. 27. *inſidias*, ſed ſine Ind. Di. H. S. T. 1. 428, 9.) ubi — ib. l. 35. *dixit*, it. Polb. 2, 311. i. τοῦτο ἐμὸν μὲν οὐκ ἦν ἔγκλημα, *mea* in *eo* nulla *profecto* culpa *eſt*, et ſubſt. — p. 154. l. 9. iram et timorem — p. 158. l. 35. *corripere*, it. 2, 162. l. 97. παρ. κατειχ. τοὺς -- p. 159. l. 22. *quaerebantur*, ſed in v. ſqq. ſimul illud The. Fi. 14, 2. τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν, nobiſcum —

L. p. 170. l. 25. Suid. cum Poſſ. C. ſed phyſice — ib. l. 26. Dion. H. S. T. 1. Ioſ. Gat. ad Ant.) ſed de — ib. l. 28. *animi*, tum τὸ εὐσταθὲς ap. Epict., ut ſyn. ſubſt. εὐστάθεια ap. Suid. Hſy. Ioſ. cum Thom. M. p. 301. N. 3., copulante — ib. l. 34. dele comma poſt appoſitione — p. 171. l. ult. illi 2, 3, 9. e. ſine Vs. — p. 172. l. 37. π. δ. ὀψ. — p. 173. l. 11. T. 1. Herdt. 623, 20., ἄχρι — p. 178. l. 45. formula, (niſi poſt ap. Polb. ſine Ind. 1, 313. m. κ. δὲ τὸν α. κ. *ſimul*, una cum his, κ. δὲ τὸν κ. τοῦτον p. 675. e. *eodem* etiam *tempore*, at 2, 364. m. ſ. 5. i. eo *tempore*, tum p. 588. e. ὅτι κ. τὸν κ. τοῦτον, per Latt. eadem, at p. 735. m. *per* idem *tempus*, et p. 762. m. per Vs. liberrim., porro κ. τὸν κ., ἡνίκα λ. p. 598. m. it. κ. τὸν κ., ἐν ᾧ λ. p. 714. m. it. κ. δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *per* idem *tempus*, ib. 1, 695. e. ſ. 96. i. at p. ſq. e. κ. δὲ τοὺς αὐτ. καιροὺς, per Vs. liberr., ſed eadem 2, 30. m. *eodem* etiam *tempore*, it. p. 453. e. κ. δὲ τοὺς κ. τούτους, ſub *idem* vero *tempus*, et in media oratione ap. Ioſ. 1, 537. l. 9. κατ' αὐτὸν καιρὸν, *ſub* idem *tempus*, ſed rurſus ap. Polb. 1, 200. l. 9. per ſyn. praep. ἐπὶ τοὺς αὐτ. καιροὺς, *ad* eadem *tempora*,) ſed affini — ib. l. 46. *tempeſtate*, Dd. S. 2, 455. l. 32. οἱ δὲ — κατὰ τὸν αὐτ. χρόνον, *circa* idem *tempus*, it. Thuc. 265, 22. κατὰ δὲ τὸν αὐτ. χρόνον, καθ' ὃν ταῦτα ἐγένετο, per *idem* tempus, *quo* haec *gerebantur*, Iſ. Ev. — p. 179. l. 16. Eutr. Met. (cui add. ib. e Xiph. 256, 40. οὐκλέριος — ἀνὴρ ὑπατευκὼς, vir *conſularis*,) alium que — p. 187. l. 19. alibi, et ap. Polb. ſine Ind. 2, 723. e. μετέωρος ταῖς ἐλπ. γενόμενος, ſpe *elatus*, it. p. ſq. e. μετέωρος ἐγενήθη ταῖς ἐλπ. inflari *vana* ſpe *coepit*. — ib. l. 45. poſt l. 4. add. „ſed ap. Phil. p. 2. E. e. τῷ δ' αἰσθητῷ γένεσιν τὸ οἰκεῖον ὄνομα ἐπεφήμισεν, de *ſenſibili* vero *generationem* tanquam *proprium* vocabulum *praedicat*. — ib. l. pen. lege ſic deinceps" ſed vulg. lectio ſit difficilior, repugnet que etiam Ms. Ve., denique etſi καὶ per ſe ob pr. litteras ſimiles elapſum, tamen ob eas ipſas faciat ingratum concurſum in κεῖται καὶ, quem librarius et alibi inducit, cf. 2, 7, 3. nec Noſter refugit. — p. 192. l. 33. ἅτε —

N. p. 194. l. 43. claudere, (quod hodie etiam — p. 195. l. 26. Ind. 473, 5. it. Xen. Cyr. 4, 5, 47. εἴ τι δέοι — p. 197. l. 8. nobiscum, pro τοὖν. rel., v. N. — ib. l. 15. nominativus Mss. non — p. 200. l. 13. Phoc. it. ſine Ind. Dd. S. 2, 214. e. — p. 201. l. 30. p. 45. e. it. Ioſ. 2, 429. i. καὶ ἔστιν ὁ κωλύσων οὐδείς, *nec* eſt *qui* prohibeat *quisquam*, nemine — p. 202. l. 33. αἴτιος, cf. ſine Ind. Di. H. S. T. 1. 537, 25. ἦν τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς εὐτυχεῖν σφαλερὸν ἀνθρώπῳ χρῆμα —. ἀσχήματός τε γὰρ ἀνοήτου πολλοῖς αἴτιον γενόμενον, λανθάνει καὶ ἐπιθυμιῶν ἀρχηγὸν λ. ubi, ſi lectio ſalva, fuerit ergo neutrum tamen; ducente — p. 204. l. 10. Ael. V. h. et Ioſ. cui add. 2, 362. ſ. 5. m. ſed —

O. p. 211. l. 16. ſperaveris, cf. Abr. ad Ae. 1, 363. m. „ἀποπεσεῖν τῆς ἐλπ. fuerit ψευσθῆναι τῆς ἐλπ. quod Thuc. — ἐκπεσεῖν τῶν ἐλπ." cf. Dd. S. 2, 182. l. 31. it. ap. Polb. Ind. „διαψεύδεσθαι τῶν ἐλπ. excidere *ſpe*" cui add. ib. 2, 727. e. διαψευσθεῖσα τῶν ἐλπ. ἡ σύγκλητος, fruſtrati *patres* ſua *ſpe*. — p. 214. l. 14. Scythone" dum per analog. modo ſcribitur, cf. ad 7, 5, 11. — p. 216. l. 41. et 44. leg. maiuſculis elementis P. N. C. — p. 217. l. 26. quoque cum dat. *provinciae*, — ib. l. 30. Fi. 38, 5. κ. ὃν χρόνον, ut Phil. p. 748. F. i. ſed 763. e. ut hic, it. L. N. T. Schw. p. 732. N. hinc „*quo* tempore *dicta* illa *Romae* fiebant, *Syriae* Niger *praefuit*." — ib. l. 40. attribuit ei praeſidi Phoenicen — p. 223. l. 14. ambigue, ſed ordinem — ib. l. 22. e Thuc. habetur ſine Ind. —

Postrema res unius Ms. Ve. in particip. alius temporis et praes. pro perf. est e glossa per comparationem, et forte librarii volentis mutare orationem, cf. 2, 1, 24. et 21., cum maneat in lect. vulg. etiam P., e quo fere Bg. Sed altera Mss. lectio triplex est, prima Ba. peculiaris in neg. particula pro pron., quae et alibi variant, v. 1, 12, 13. m., sed secunda communis cum Mss. rel. in omisso adv. ἧτ., quod est elapsum ob sq. ὑμ. simile, porro alia Mss. Ve. et Vi. in particip. ἀγν. alio casu, sive e pr. ων finitione per lapsum, sive ex ingenio, ad sensum iuvandum, qui nullus in Ms. Ba. particip. acc. erat; quanquam nec melior inde factus est per gen. conseq., qualem Cod. tamen habuerit quoque P. „*quae enim tunc acta sunt, vos primi cognita habuistis*" quae cum Mss., *etiam* vobis *non* ignorantibus *quae* tunc *acta sunt*, consentiunt in enunciatione, quoad sensum, non item in ordine; sicut P. quoque addidit adi. *primi*, et caussalem *enim*, aliter quippe se non expedire valens in corrupto Cod., ubi καὶ οὐδὲ, iunctum vicinius multo, quam καὶ — μήτε 2, 4, 18. i., sed tamen ut ap. Xen. Mem. S. 3, 11, 4. eique syn. καὶ οὐδὲν, accepto κ. pro *etiam*, in gen. illis conseq. comma patiatur per se post ὑποψ., pro quo P. punctum sumsit. Sed res et sententia multo est planior in edd. lectione, a Bg. praeclare expressa, in v. ἀγν. non hanc vertendi rationem tenente Stp. Th., sed diserte G. Th. part. nostrum in Lat. Bg., cf. 1, 17, 8. e. et 2, 3, 23. i.

„τε πεπραγμένα [m], ὡς, εἴ τι
„ὑποπτεύετε, ἑτέροις ὑποφέ-
„ρειν [n] τὸ ἔγκλημα. ἀλλ᾽

13.

tunc acta fuerint. Quare, si quid suspicamini, in alios conferte culpam. Atta-

m) Ms. Ve. πραττόμενα, sed in marg. πεπραγμένα. *Zan.* v. N., ut et de distinctione post πεπρ., ubi comma in A. cum B. I. R. pro rel. puncto, aut colo Stp. et al. n) Mss. tres ἐπιφ., v. N.

ὡς) Bg. puncto post πεπρ. facto, ὡς cum inf. per *quare*, pro igitur, reddit, ut syn. ὥστε alias reddunt cum indic., et ipsum nostrum in οὖν resolvit Hoog. Op. p. 1192. e., severe hic per unum Lat. *ut* agente P., pro ita, ut, in inferendo, quocum in v. ὑπ. Sch. reddit, sed et simul cum Bg., nobis numerum §. novae ad sq. ἀλλ᾽ transferentibus ab ὡς, cum pr. membro per inf. arctius cohaerente.

ἑτ. ὑπ.) Forte ἑτ. δεῖ ἐπιφέρειν λ. *Reisk.* Forsan melior est Codicis lectio ἐπιφέρειν. *Stroth.*

Prius Rsk. δεῖ additum v. nec P. agnoscit, nec litterarum vicinitas, sed usus scriptorum saepe omittit supplendum, vel χρῆναι, qui inf. aptior pr. ὡς, cf. ipsum Rsk. An. ad Gr. A. V. 1. ad Dion. Chr. p. 117. e. et V. 4. p. 21. e. it. Hs. ad Plut. 13, 13. Hdb. ad Xen. p. 145. e. Krb. Decr. Ath. p. H. p. 428. L. Bos. Ell. p. 413. e. Z. ad Vig. p. 202. Nr. 9. e. p. 445. a. m. g), Fi. ad Weil. p. 338. m. L. N. T. Krb. p. 207. e. v. ἐκκοπτ. it. Schw. p. 310. a. e. et v. δ. e. Ind. Z. Xen. Pol. et Cyr., memoriter id v. addente Bud. C. 577, 14. „ὑ. ἀντὶ τοῦ προφέρω, obiicio, exprobro, ex more Atticorum, Herodi. ἀλλ᾽ — ἔγκλημα δεῖ“ quae eadem repetit Stp. Th. in v., sed tantum e nostro loco, ut Sch. „ὑ. *imponere* aliis *crimen*, s. alios reos habere. Schottus putat ex Ms. rectius legi ἐπιφ.“ partim ex Ind. Sb., ubi „ὑπ. Sch. m. s. ἐπιφ., rectius“ quod est iudicium non Schotti, sed Sb., non illud omnino reiiciendum, cum praep. ὑπὸ et ἐπὶ varient etiam alibi, sed nec arripiendum subito, cum nostri Codd. suspecti sint de corruptela non tantum a lapsu, sed et per vim et glossam e comparatione usus alieni, vel Nostri, qui infra v. ἐπ. in simili rectione per dat. pers. et cum syn. αἰτία adhibet, ubi proferemus aliunde tum eandem phrasin, tum alias cum subst. syn., aut similes certe, quoad sensum v. ἐπ., ut hic vulg. ὑποφ. possumus modo sic prodere, ut, praeter pass. ap. Hes. 2, 1455. e. post Nr. 10. Suid. 3, 564. i., it. in Ind. Abr. ad Aesch. T. 1. Luc. Plut. Krg. et Longin. Mor. (ubi et in med.) Abr. Dl. Th. cum D'Orv. Ch., et praeter med. aut pass. ap. Hes. 2, 1478. i. et Foes. Oec., sit in act. in L. Ern. „6) exprobro“ non indicata simul rectione, sed tropice cum acc. rei, dat. pers. et adv. Ind. Polb. „obiicere, excipere“ (quo sensu dr. etiam ἐπ., cf. Rsk. ad Polb. p. 197. m.) it. pro sustinere et tolerare ap. Hes. l. l. postr. sine N. et rectione, it. ap. Suid. l. l., sed cum acc. rei, tropice, vel physice, ap. Diod. S., Poss. Cali. R. Or. V. 4. Dem. Luc. 2, 143. l. 49. L. N. T. Xen. Hell. Cyr. cum ὅπλα, (quocum et ἐπ. ap. Dem.) Ael. V. h., pro adiicere, s. subiicere ap. Longin., qua vi et med. ἐπ. in Ind. Dion. H. S. T. 2., per quem usum promiscuum utriusque v. in partibus, quoad vel notionem, vel constructionem eandem cum acc. rei, sustineat se vulg. ὑπ., nullibi repertum mihi cum subst. ἐγκ. similive, in quo nec intelligo illum Bud. Atticismum, sed potius peculiare quid Nostri, nihil etiam praebente G. Th. v. *subiicere*,

„ὅμως, τελευτήσαντος κἀκεί-
„νου [o], οὐδὲν ὑμῖν [p] τῶν εὐπρε-
„πῶς [q] καὶ κατ' ἀξίαν, καὶ

men mortuo etiam illo, nihil vobis eorum, quae decenter utque dignum est, non ra-

o) Ms. Ba. et Vi. κἀκ. τελ., v. N., et ſine iota κἀκ. quoque in A. cum B. 1. L., ut ſine leni ſimul in B. 2. R. et M. Vi. p) In Ms. Ve. ὑμῖν deeſt. *Zan.* v. N. q) Ing. εὐπρεπῶν v. N.

(niſi per aliam conſtructionem, ut *calumniae* et *crimini,*) ſed cum Grr. al. in v. Bg. formulam eius, it. in ſubſt. cum Gr. n., ut, cum ἐπ. reddant eodem Lat. et alii, idem forte fecerit cum Sb., ad corrigendum inclinans, quorſum et pertineat, quod praep. ſuam ſeparatam ad dat. ἐπ. rexerit, illamque potius, exacte reſpondentem Gr. illi ἐπὶ, uſurparit, quam aliam.

ἀλλ') Forte ἀλλ' ὅπως δήποτε τελευτ. ἐκείνου. Verum reliqua hiulca reparare ingenium noſtrum non valet. *Reisk.*

In principio hic nihil fuerit hiulci nec corrupti, ubi Mss. alius ordo in verbo poſtpoſito, ut alibi, tum eſt laevior, quod tamen non ubique Noſter ſpectat, tum conveniens cum P., qui tamen et alibi liberior eſt, et in rel. hic, unde Sch. in ἀλ., per ſimpl. adverſativum, addens vero in ὁμ. et compoſ. *veruntamen*, quod ap. G. Th. habetur cum Gr. n., ut Bg. ſeverus etiam in ordine Gr., ubi καὶ ceperim non ſuo loco poſitum et pro *etſi* cum particip., pro καὶ τελ. ἐκ., quo et Gloſſator Ms. reſpexerit, etiam Stp. ad m. P., ut non ſit cum Rsk. delendum; etſi eo ſenſu reperi tantum ante particip., v. Abr. Dl. Th. p. 441. it. Auct. p. 411. e. Hoog. Op. p. 546. Nr. 3. Z. ad Vig. p. 509. m. Graev. L. Heſ. p. 40. i. Krb. Decr. R. p. I. p. 30. m. it. L. N. T. Nr. 10. cum Schw. v. e. Ind. Valck. Eur. Ph. Herodt. cum N. Xen. Hell. Mor. cum N. et Mem. S. Z., it. ante v. finiti temporis Abr. Dl. p. 895. m. it. Auct. p. 344. i. Valck. Ph. et Graev. l. l. ubi et ante adi. it. ap. Dev. p. 180. e. Hoog. Op. p. 545. e. Z. ad Vig. l. l. Abr. Dl. p. 767. m. Ind. Dem. p. Cor. Harl. it. Rsk. et Xen. Cyr. Z., ubi *vel* redditur, qui extr. ſitus ſimilis ſit noſtro ante pron., quod eſt pro adi.; Noſtro hic maxime eligente illum ordinem ob pron. ἐκ., quocum libenter Gr. καὶ copulant pro *etiam* in alia notione; ſicut nemo dubitat, poſtponi interdum ſyn. Lat. particulas, v. c. *quamvis*, cf. Hor. Turſ. p. 827. Nr. 4. ſq., qui, G. Th. tacente, Bg. tantum ante particip. novit p. 290. Nr. 6.

ὑμῖν) In Cod. male abeſt ὑμ. *Stroth.* cum ſenſus id pron. requirat, et cum rel. Mss. etiam P. agnoſcat.

τῶν εὐπρεπῶς) Scribo εὐπρεπῶν. *Steph.* cui ſtatim obſecuti ſunt Ing., ſed Sch. in art. retinet vulg., vertens fere e P. „honeſte *concupitorum*, (ut in adv.) *decenter*, modeſte *concupitorum*" Leisn. ad m. Ms. Bg. notante „aliter hic legit Bg., quam vulgo legitur" qui Bg. haud dubie ſupplevit gen. aliquem v. paſſ., ad τῶν pertinentem, et qui ob ſimile ἐνδείᾳ excid erit, v. c. ἐνδεχομένων, ἐνδιδομένων, quae ſimilia iſti v. ſaltem a fronte; quanquam et alia expleri poſſunt, ut αἰτουμένων, aut P. ἐπιθυμουμένων, aut παρεχομένων et δοθησομένων, ſicut ad N. T. Kypk. 1, 261. i. τὰ παρ' αὐτῶν ſupplet δοθέντα, at διδόμενον ad alia L. Boſ. Ell. p. 87. m., quorum v. noſtrorum illa e notione dandi et praebendi, quibus par eſt Bg., aptiora ſunt perſonae oratoris, qui dicebat ſimilia quaedam 2, 3, 23., cf. 2, 4, 5. e., pro qua ſententia hic variatur per elocutionem aliam; Stp. Th.

„ἄνευ τοῦ βιάζεσθαί με ἢ „ἁρπάζειν, ἐνδεήσει.“ Τοιαῦτά τινα λέγειν αὐτοῖς πειρώμενος, ἤδη τινὰς αὐτῶν καὶ πείσειν ἐμέλλησε r· καὶ οὐκ

piendo aut violando prae- 14. *stari possunt, deerit.* Talia quaedam dicere ipsis conatus, iam aliquos eorum etiam permoturus erat: ac non pau-

r) M. Ba. ἔμελλε. sed M. Ve. et Vi. ἔμελλεν, non simul indicata distinctione, quae in edd. variabat, comma in B. 2. cum Ox., pro colo Stp. rel., et puncto A. al. cum Ms. Ba. v. N.

in adv. εὐπ. aliunde tenente Lat. Bg., cf. 1, 9, 6. m. 1, 17, 26. c. et Ind. Thuc., cui add. 1, 38. m. Hes. sine N. nec coll. Suid.; in rel. non severe versante Bg. aeque ac P., qui et copulam καὶ ante ἄνευ agnoscit, quanquam oblique, sed idem tamen opprimit pron. pers. μὲ prope necessario etiam, si inf. servandus sit Gr.; quanquam per P. subst., quibus inf. respondent, propius veniatur, quoad ordinem quoque, a Bg. neglectum, *sine vi a me* et *rapina*, s. *sine* vi *mea* et *rapina*, pron. sic etiam in medium coniecto et primo v. adiuncto, cum pertineat etiam ad sq.; in v. ἐνδ. Sch. plane cum Bg. reddente, sed Stp. Th. hinc tenente sine Vs. „οὐδ. ὑμ. τῶν κ. ἀξ. ἐνδ.“ et e solo Nostro rectionem hanc afferente de re cum dat. pers., quae videtur esse ap. Luc. 1, 594. l. 50. de philosophia, ut pers., ἀλλ' οὐ τὰ ἐμὰ ἐνδεήσει, at *ego* certe *causae* non *deero*, quae, supplens pron. dat. αὐτῇ, et praeterea subst. μέρη, ἔργα, πράγματα, (tacente L. Bos. Ell. cf. p. 196. e.) reddiderim, *at non* mea *opera* deerit *ei*, cuius Ind. habet et aliter cum dat. pers., it. cum dat. et acc. rei, ut cum gen. rei Xen. 'Αναβ. Mor. et M. S. Z. it. Dem. cum Poss. Cali. p. 35. e. et Ael. V. h., ubi et in alium usum, tacentibus Indd. rel., cf. Hes. 1, 1219. i. et e., non coll. Suid. 1, 737. m.

λέγειν) Sch. „λ. τ., dicere *aliqua* in oratione, π. *conans*“ in postr. diversus in tempore a Bg., ubi v. non est in periphrasi, sed proprie de eo, qui aliquid incipit, nec absolvit; unde §. e. sequitur ἔτι δὲ κτλ., liberius agente P., omisso etiam καὶ, quod Bg. bene expressit, sed Noster pro deliciis iterum adhibet post §. pr., sed alio, opinor, sensu, pro affirmativa quadam, v. c. sane, et pro mox sq. γὲ, quem sensum, (profuturum illum et ad alia, v. c. καὶ γὰρ καὶ, it. καὶ ὀρθῶς γε, pro Lat. *sane quidem*, cf. Hoog. Op. p. 542. c. 558. e.) illustrarim e Lat. *etiam*, it. *et quidem*, it. *et vero*, in quibus postr. per figuram illam ἐκ παραλλήλου positae videntur istae particulae, cf. Hor. Tur. p. 283. Nr. 24. sq. et p. 289. Nr. 4., nisi h. l. velis sufficere illam vulg. notionem pro etiam adeo, supplendo tantum aliquam talem affirmativam, ut sane s. vere, et illam ipsam sq. Gr. γὲ, in v. πεισ. non variante Nostro cum §. 7. m., sed Bg. reddente fere cum P., quo Lat. caret Stp. Th.

ἐμέλλησε) Rectior videtur Codicis lectio ἔμελλεν. *Stroth.* De ν ἐφ. sequente consona supra aliquoties, etiam de alio tempore, hic impf. pro aor. 1., quem Sch. „*videbatur* persuasurus *esse*“ fere cum P. reddit per impf., ut ille habuerit forte in suo Cod. idem cum Mss. tempus, qui id ferunt hic e glossa et sapientia scribae, comparantis usum aliorum vel Nostri, ubi aor. utr. cum ἂν, vel sine eo, aeque ac impf., ponitur pro plusqf., indic. aut coniunct., recte id tenente Bg., cf. 2, 3, 12. m. ἐνεβ.,

ὀλίγοι γὲ ἀποςραφέντες ἀνεχώρουν, σεμνοῦ βασιλέως γῆρας αἰδούμενοι. ἔτι δὲ [f] λα- ci averſi recedebant, venerandi imperatoris ſenectutem reveriti; ſed adhuc loquen-

f) δὴ A. al. v. N.

ſed ſine ἂν nominatim 1, 5, 16. i. L. Boſ. Ell. p. 544. m. et Gottl. Plat. Ph. p. 10. e., variante hic Noſtro cum 2, 4, 15. ἐμέλλησε δ' ἂν — εὐεργετήσειν in ἂν oppreſſo et inf. fut. praepoſito.

καὶ οὐκ ὀλ.) Xiph. (S. 390, e. Reim. 1232, e. ἰδόντες δ' οὖν οἱ ςρατιῶται, τὸ μὲν πρῶτον ᾐδέσθησαν, πλὴν ἑνὸς, τούς τε ὀφθαλμοὺς καὶ ἐς τὸ δάπεδον ἔρεισαν, καὶ τὰ ξίφη ἐς τοὺς κουλεοὺς ἐναπέθεντο· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος προπηδήσας εἶπέ τε, ὅτι Τοῦτο τὸ ξίφος οἱ ςρατιῶται πεπόμφασι, καὶ προσπεσὼν εὐθὺς ἐπλήξεν αὐτὸν, οὐκ ἐπέσχον, ἀλλὰ τόν τε αὐτοκράτορα σφῶν κατέκοψαν, καὶ τὸν Ἔκλεκτον,) *ut* primum *viderunt* Pertinacem *milites*, omnes *pudor* inceſſit (*primo* quidem,) *praeter* unum. *Oculis* ergo *in* terram *deiectis*, gladiis *que in vaginas* reconditis, *abituri* videbantur, *cum* unus *ille* proſiliens, *Hunc tibi*, inquit, *milites* gladium *mittunt*, et *cum dicto* irruit *ac* percutit, *caeteris* non *prohibentibus*, ſed *imperatorem* ſuum *una cum* Electo *occidentibus.* Etiam nomen infeſti parricidae expreſſit Capitol. (in Pert. c. 11. m. T. 1. p. 562. i., ſequentibus Anglis ap. Heyn. H. 4, 1031. e. it. lib. Schott. p. 19. m.) *ſed quum* Tauſius *quidam, unus e Tungris, in iram et timorem milites loquendo adduxiſſet, haſtam in pectus Pertinacis obiecit. Tunc ille precatus Iovem ultorem, toga caput operuit, atque a* caeteris *confoſſus eſt*, rel. *Boecl.*

Non moramur diſſenſum Noſtri ab his Dion. in levibus, ut in ἀποςρ., ubi Bg. ſeverior, quam P., accipiens, credo, non ut Sch., hunc locum ſine Vs. ſubiiciens v. „paſſ. (aut med.) averti, oculos avertere" quam notionem aliunde novit Stp. Th., incommodam hic, cum nihil de oculis et adſpectu praeceſſerit, ſed ut ap. G. Th. „*averſus*, qui terga oſtendit" et corpus convertit totum, hic ut abiturus et retrogreſſurus, unde venerat, ut ſq. ἀνεχ., quam vim tenere etiam videtur Stp. Th., ſed clarius L. Ern., cf. Ind. Aeſ. Fa. Obſ. ad N. T. Krb. et Loesn., ut phyſica quidem in notione omnino eſt vertere ſe, i. e. vel oculos et faciem modo, vel totum corpus, ab alia re ſ. perſ. aliorſum, et in quamcunque partem, nec retro ſemper, ſed etiam ad latus alterutrum, cf. Ind. Xen. Hell. Mor. et Z. Pol. et Cyr. ex 5, 5, 36. it. D'Orv. Ch. cum Heſ. 1, 488. m., liberius, quam Bg., agente P. quidem in καὶ οὐ, ſed tamen ſeverius in γὲ, quod pro *ſane* affirmante, et in iudicio ſcriptoris hic interiecto, valere poteſt, ſed et ſenſu reſtringendi, pro ſaltem ſ. certe; unde nondum reſtituimus; variante Noſtro cum 2, 4, 1. e. in ſubſt. β., e P. partim reddente Sch. in „σ. *ſancti*, ſ. *venerabilis* principis, αἰδ. *reverentes*" pro quo Bg. e P. diſſidet in tempore, formulam non tenente Stp. Th., nec me aliunde, nec G. Th., ut ſit tamen hic, ex analog. quadam, prae reverentia ſenectutis, ſ. propter ſenectutem non delinquere quid in imperatorem, nec eum necare, cf. 1, 6, 21.

ἔτι δὲ) Mancus eſt locus, ut cum ex ſqq. eſt perſpicuum, tum ex Dion. epitome. Talis igitur quaepiam requiri videtur lectio, ἔτι δ. λ. τ. πρεσβύτην, ἐπιπεσόντες ἕτεροί τινες, ἡγουμένου ἑνὸς τῶν τολμηροτάτων, φονεύουσι, ſicut etiam Capit. (l. l. ſupra) refert, Tungrum quendam, militibus in

λοῦντα [t] τὸν πρεσβύτην ἐπιπεσόντες φονεύουσι. δράσαντές τε οὕτως ὠμὸν ἔργον, δέει τῶν τετολμημένων φθάσαι [u] θέλοντες τὴν τοῦ δήμου ἔφοδον, ἐπιστάμενοί τε, ὅτι χαλε-

tem fenem alii adorti occi-
15. dunt. Ac perpetrato tam crudeli facinore, metu eorum, quae aufi fuerant, praevenire volentes populi impetum, fcientes graviter mul-

t) καλοῦντα B. 2. R. mendofe. u) Edd. hic non variant in accentu, cf. 1, 17, 16.

;ram et timorem loquendo adductis, haftam in pectus Pertinacis obiecisse, poft, caeteros eum confodiffe. Vel faltem pro ἔτι reponendum ἕτεροι, alii. *Sylb.* Utique aut ante aut poft ἐπιπ. aliquid fupplendum eft, ficut Sb. iam recte animadvertit. *Stroth.*

Leisn. in Ox. fupra ἐπιπ. „fc. alii, (e Bg., ad cuius Ms. marg. idem) τὸ *alii* non eft in Gr., fed fenfus poftulat" dum P. et ipfe in fuis" *fed a* caeteris *facto* imp. *obtruncatur*" agnofcit illud Sb. adi., a Bg. quoque fervatum per fyn. fed ut libere forte addiderit fine Cod., cum hic noftri Mss. taceant, aeque, ac omittit quaedam e Gr. Dum libri Mss. nihil praebent: nihil etiam certi divines, quia folum ἕτεροι quoque excidere potuit ante ἐπιπεσ., in hoc v. tenente aliunde Stp. Th. etiam Lat. Bg., at in δὲ abeuntibus edd. per errorem operarum iterum, cum Mss. fileant, et P. agnofcat vulg.

δρασ.) Bg. in δρ. e P. (ut Sch. „*perp.* crudeli *fcelere*„ fervans tamen neglectum adi.) at in ἔργ. per Lat. vicinius, quod ignorat Stp. Th. cum tota formula, (reperta mihi tamen etiam ap. Thuc. Ind. v. ἔρ. cum Lat. Bg.) fed habet aliunde adi. ὠμ. de re cum adv. noftro, ut Ind. Dem., non vero cum fubft. noftro aliquis Ind. nec G. Th. In fq. δέει λ., ubi Nofter repetit rem affinem, cum variatione tamen aliqua, in τῶν τετ., oppreffo dat. pron. perf. αὐτοῖς, in paff. folenni, et ubi alius forte dicturus erat modo per pron., v. c. διὰ τοῦτο f. δέει τούτου, negligenter P. verfante, agit Bg. cum Stp. ad m. P. non modo in formula act. (qui in Th. 3, 1585, B. m. „δ. τ. τολμωμένων, metu *eorum*, quae *tanta* audacia *perpetrabat*" memoriter aberrat in Gr. lectione alia, et per Vs. in verbi fing. pro plur., nifi hoc operarum vitium eft,) fed etiam in φθ., deinde ad ἐφ. per Lat. (adhibitum quoque in Stp. Th. aliunde) variat cum §. 5., non item Nofter, at in φθ. θελ. numero cum 1, 7, 4. m. Caeterum ad Dion. l. l. ἀποτεμόντες δὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, περί τε δόρυ περιέπειραν, τῷ ἔργῳ ἐλλαμπρυνόμενοι λ. Fabr. N. §. 67. „fed Herodi. 2, 5, 15. tradit, milites *ftatim* perpetrato *fcelere* multitudinem *declinantes*, prae eius metu, in caftra rediiffe" in quo non repugnat Nofter, cum potuerint milites cum capite redire, et modo P. illud fuum adv. *ftatim* libere adiecerit, non vero Nofter, quanquam nec ipfum, fi adeffet in Gr., nociturum. Praeterea, quod dicebamus de vulgari δέει τούτου, id ipfum in Fabr. illo *eius metu* agnofcas.

ἐπις. τε) Malim γέ. *Reisk.* Copulam quidem nec P., nec Bg. agnofcit, et Stp. quoque ad m. P. removiffe videtur per haec „quippe *quem* graviter *ea* laturum *fciebant*" fine N., praeter omiffum τὸ πλ., contractumque in pron. αὐτὸν, (quod pertineat ad pr. τὸν δῆμον,) et mutatum in

πῶς τὸ πλῆθος [x] διοίσει τὰ πεπραγμένα, εἰς τὸ στρατόπεδον [y] δρόμῳ ἀναχωρήσαντες, | titudinem laturam haec facta, in castra curriculo se reci-

x) Mss. tres ὁ δῆμος διοίσει τ. π. v. N. y) In Ms. Ba. desunt εἰς τὸ στρ., contra post δρ. ἀναχ. ibi est adhuc, πάσας πύλας τε καὶ εἰσόδους ἀποκλείσαντες, ἐντὸς τ. Mart. Sic plane et Ms. Vi., it. Ve., nisi quod τὲ post πύλας omittit, v. N.

pron. rel. ὃν, resolvens forte particip., assumto ὡς, vel sine eo sumens id in notione causae; quo τὲ sublato, quanquam per vicinitatem litterarum non apparet causa idonea satis, unde repetitum sit a librario, cumulabuntur participia sine copula tria, cum in vulg. lect, a Mss. etiam salva relicta, servato τὲ vi explicandi, pro *idque* s. *et quidem*, ut alibi, in periodo per participp. protasis sit δρασ. — ἔργον, sed apodosi ἐμ. ἐντ. τ. praemittantur duo participp. e notione causae, θελ. — ἐπισ. τε, et unum praeterea modi εἰς τὸ — ἀναχ., quod per naturam suam praecedere debuit et ex arte periodi struendae, sed ut aeque in eodem apodosis queat sumi. cum Bg., resolvendo id per copulam; unde non opus sit Rsk. emendatione, quanquam alibi etiam confusis istis particulis, maxime, cum γὲ tamen eodem sensu, quo vulg. τὲ, accipiendum sit et restringendi definiendique, s. pro ἐπιδοτικῇ Hoog. Op. p. 220. Nr. 16. sq.

διοίσει) Magis ex usu Gr. linguae esset οἴσει. Dici enim solet χαλεπῶς φέρειν. *Steph.* qui in Th. 4, 95. F. v. διαφ. „sed et pro simpl. ferre, in vulg. Lexicis. Nam ibi habetur, ἐπ. τε — πεπρ., *multitudinem* indigne *laturam*" sine auctore sic huc respiciens, sed Sb. Ind. non in v., sed separatim „διοίσει χαλ., pro οἴσει" suo more ambiguo, vel explicaturus, vel emendaturus, quo trahit Sch. „δ. χ. τοῦτο, populus *feret* hoc *indignissime*, (in gradu hoc alio cum P.) Stp. et Sb. censent, magis ex usu Gr. linguae futurum, si diceretur οἴσει" sine crisi, quae hic eadem cum 2, 3, 12. e., ut vulg. compos. pro simpl. sustineat sese ex usu aliquo, cf. ib., aut coaluerint δὴ οἴσει, cum sane formulam χ. φέρειν et infra Noster adhibeat, et alii tantum, cf. Stp. Th., Ind. Thuc. v. φ. it. Xen. Mor. Hell., cui add. 3, 2, 11. m. Phil. in Flacc. p. 762. F. m. it. Vig. p. 603. Nr. 14. et sine Ind. Dem. 677, 7. 818, 10. 872, 17. 1103, 18. 1126, 14. 1347, 7. 1372, 15. it. cum syn. ἀγανακτεῖν 676, 9. 1102, 14. it. λυπεῖσθαι 1449, 5., cf. 1011, 22. 1028, 13., variante Nostro cum v. privo δυσφορεῖν 1, 9, 22. it. cum formula adv. alius δυσφόρως φέρειν 1, 8, 9. m., ubi v. de Lat. Bg., it. cum pr. ἔργον et τῶν τετολμ. in τὰ πεπρ., ubi Bg. artic. cum particip. per pron. iterum, cf. §. 12. m.

εἰς τὸ στρ.) In Cod. cum nonnulla aliter exstant, tum quoque adduntur aliquot voces, quae ob homoeoteleuta exciderunt, atque sine dubio in textum recipiendae sunt. In hunc vero modum in eo scriptum est, ὁ δῆμος διοίσει τὰ πεπραγμένα, δρόμῳ ἀναχωρήσαντες, πάσας πύλας καὶ εἰσόδους ἀποκλείσαντες, ἐντὸς τ. ἐμ. In eo, quod sequitur, capite Herodianus semper δήμου voce utitur, pro qua h. l. in edd est πλῆθος. *Stroth.*

Hoc ipsum Mss. ὁ δῆμος prima hic glossa est per comparationem e pr. τοῦ δήμου, monente Glossatore de variatione, vel etiam respiciente ad superiora quaedam, ubi promiscue ponuntur ista duo ad variandumque, cf. hoc cap. § 5. 2, 4, 1. 1, 12, 14. i. 1, 13, 4. sqq., sicut, quo Glossator etiam spectarit, rursus pro τὸ πλ. variet Noster per ὁ δῆμος mox §. 6.

ἐντὸς τείχους ἔμενον, Φρουρὰς ἐπὶ τῶν πύργων καταστήσαντες, ὡς ἀμύνοιντο, εἰ τῷ τείχει

piunt, et intra murum manent, excubiis in turribus dispositis, ut reprimerent, si mu-

nostra, it. cap. sq. §. 1. sq. 6. 18. e., it. per οἱ δημόται §. 4. e. et 20. i., ut fecerat 2, 4, 1. sq., porro pro ὁ δῆμος 2, 7, 4. i. 8. m. 9. e. per τὸ πλῆθος §. 5. i. Contra reliqua Mss. vel unus P. pugnet, omnia tenens vulg., primo omissum εἰς τὸ στρ., quo adiuncto loci e contextu quidem careas, et quia sermo de Praetorianis, qui non aliter recedere possunt, quam in sua castra, nec tamen succenseas praesenti ad perspicuitatem, in primis ob sq. ἐντὸς τειχ. ἐμ., quod ambiguum sit, et aeque de urbe accipi queat sine praemissis εἰς τὸ στρ., e quo ad τειχ. repetendum pron. αὐτοῦ, cf. 2, 6, 6. e. et 7, 11, 19., ubi etiam praecedit τ. στρ., quod hic longius quaerendum sit e §. 3. m. Tum P. ignorat Mss. addita noviter; quae quanquam explent fere aliquem versum, ut librarius potuerit transilire, etiam ob similiter finientia participp. ἀναχ. et ἀποκλ., tamen potius sunt a sapientia Glossatoris, ducta e Nostri locis aliis de eadem re, ut 5, 3, 26. e 7, 11, 12. 8, 8, 17., quorum in primo loco habetur idem v. ἀποκλ., ut in rel. affine, sed semper cum uno subst. τὰς πύλας, quibus hic ingenium librarii adiunxit non modo adi. πασ., sed et subst. εἰσοδ., sive per copiam syn., ab alia parte spectata re eadem, et quatenus portae, pro foramine murorum, aut pro lignis et valvis, ubi apertae sint, adeuntur, sive cum discrimine alio, ut εἰσοδ. sint foramina et exitus cloacarum, et murorum fenestrae quaedam, alibi πυλίδες dictae; qui pannus tamen assutus displiceat non tam ob dissensum Mss. ipsorum in τὲ omisso ante καὶ vicinum, ut alibi, quam ob 2, 6, 6. e. ἔμενον μὲν ἐντὸς τοῦ τείχους, κατακλείσαντες ἑαυτοὺς, quae Noster repetat, per aliud quidem v. syn. varians et alio adiuncto pron. ἑ. pro subst. prioribus, sed tamen cum quadam tautologia, et sine summa necessitate post breve intervallum, ad quae potius Noster iam mente respiciens, hic omiserit partem aliquam, mox afferendam, et per se quodammodo intelligendam, etiam e rel. adiunctis, ut, cum aliter castra custodiverint, excubiisque dispositis, etiam ita reddiderint tuta, ut portas occluderent; in primis, cum et alibi non omnes rei partes proferat Noster simul et ab initio, et, quae deinde alioque loco addita sunt, non propterea et ubique quaerenda sint. Quae peritis nota, et critico cogitanda, maxime in Mss. nostris, de corruptela suspectis, me quidem intra vulg. continent, ubi Bg. nihil e P. liberiore, praeter tempus aliud ad v. ἐμεν., secus ac Sch. et Stp. Th. 3, 1356. C. v. τειχ. „intra *murum* se *continebant*, (nec in v. ἐναχ. formulam Gr. tenens, per analog. fortassis a Nostro factam, ut et sq. φρ. κατ., ubi v. φρ. i. sub notione de perss. memoriter hinc) l. 3. φ. — κ. quum *praesidia* turribus *imposuissent*" cf. sine Ind. Dem. 119, 15. 167, 26. 238, ult., at Sch. in v. κατ. „quum *disposuissent*" partim e P. cum Bg., cuius Lat. ad v. ἀμ. non reperi ap. Stp. Th., sed tamen notionem, cf. L. Ern. Nr. 3., ubi proprie opprimitur casus quartus pers., et verbo sq. additur, ad vitandum pron., pro ἀμ. τὸν δῆμον, εἰ αὐτὸς τῷ τ. πρ., cf. de med. isto sensu Ind. Or. R. V. 6. 7. Is. Thuc. cum Abr. Dl. p. 190. Diod. S. et Ael. V. h. „a se depellere" ostensa sic med. vi, a Bg. neglecta, sicut nec aliena ab h. l. illa pro se defendere, qua de v. Ind. Xen. M. S. Cyr. et Ἀνβ. Mor.

προσβάλλοι[z] ὁ δῆμος. τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον[a] κατέλαβε Περτίνακα, χρησάμενον βίῳ καὶ προαιρέσει, ὡς προείρηται.

Ἐπειδὴ[b] δὲ διεφοίτησεν εἰς τὸν δῆμον ἡ τοῦ βασιλέως ἀναί-

16. rum oppugnaret populus. Finis quidem talis obtigit Pertinaci, cum vixiſſet ac propoſitum habuiſſet, ſicut dictum eſt.

Poſtquam vero divulgata eſt in populo imperatoris cae-

z) In Ms. Ba. προσβάλοι. Tamen altera manus alterum λ ſupra adſcripſit. *Mart.* v. N. a) Ms. Ba. τοιοῦτο v. N., ut mox poſt Περτ. noſtrum eſt comma cum B. 2. L. al. b) Ms. Ba. ἐπεὶ δὲ λ. v. N.

προσβάλλοι) Ms. lectio ambigua, ut alias, in ſimplici littera pro dupl., vel ſit e ſolenni ſcriptura, vel ex ingenio librarii, ut modus alius et aor. 2. conveniat magis cum ſuperioribus iisdem tempp., cum tamen praeſ. vulg. reſpondeat eidem proximo ἀμ., quanquam in hoc verborum genere etiam ſumetur pro aor. 2., unde praeſ. vulg. cum pr. aor. pluribus iungetur, ut alibi, maxime cum Gr. ignorent conſecutionem temporum; contracte hanc enunciationem tenente ſimul P. in pr., ſed Sch. „*populus* impreſſionem *faceret* in *moenia*“ quam formulam cum aliis adhibet quoque Stp. Th. aliunde, ubi et cum dat. τ. τειχ. e Thuc., ſine privo v. Bg., ap. G. Th. cum Gr. n. quo de cf. infra 5, 4, 4. Caeterum de caſtris Praetoriis in Graev. Th. T. 3. eſt in Alex. Donati de urbe R. etiam libellus, ubi p. 583. e. „fuerunt caſtra quadrata —, muris, propugnaculis turribusque munita, inſtructa templo, armamentario, balneis et fontibus. — Turrium caſtrenſium meminit Herodi. l. 2. φρ. — κατ., cuſtodias *pro* turribus *conſtituentes*“ per ſeverius ſic Lat. in κατασ.

τέλ.) Oppreſſum μ. δὴ a P. non ſevere Bg. convertit per unum μὲν, de more tamen quorundam, v. alibi, ut de τ. neutro hoc etiam, pro qua forma vulgarem hic Ms. ſubſtituit, ſecus ac 1, 8, 5., e gloſſa, Noſtro variante in formula τελ. κ. cum §. 11., ſed per ordinem pronominis τοι. cum 1, 9, 23. e. (ubi Bg. phraſin, deſerto P., non tenet G. Th.) porro ſequente analogiam modo in formula χρ. πρ., at alios in χρ. β., cf. 1, 13, 12. Stp. Th. 4, 590. G. Ind. Luc. v. χρ. a. e. 2, 378. l. 92. τοιούτῳ δὴ β. χρώμενος, *hanc* (igitur) *vitam* cum *viveret*, ſed ſine Ind. ap. Dem. 413, ult. ἱταμώτερον τῷ μετὰ ταῦτα ἐχρήσατο βίῳ, dum Sch. vertit modo in „πρ. χ. *moribus* ſ. *inſtituto* vitae *uti*,“ pro ſyn. capiens, et primum Lat. partim e P. liberiore, ſed in poſtr. reſpiciens aliam Gr. formulam, et infra occurrentem, τοῦ βίου τῇ προαιρέσει, unde h. l. quoque ſumas hendiadyn, proprie tamen βίῳ de externis actis et inſtitutis, ſed πρ. de animo, conſiliis, propenſionibus, (ut varietur pro 1, 2, 3. τὸν τρόπον καὶ βίον et ib. §. 6. ἤθει καὶ βίῳ, cf. Exc. ib. ex Heſy.) quo et redeat Bg., cf. 2, 4, 15., qui unam hic phraſin diſſolvit in privum v. et phraſin aliam ſimul, (pro quo liceat, *uſus* vitae *genere* ac *propoſito*,) deſerens in ſq. ſeveriorem P. tum in particula ὡς per ſimpl. Lat., tum in expreſſa v. πρ. aliqua praep.

ἐπειδὴ) In Ms. lectione eſt aut lapſus, omiſſo δὴ ob ſq. ſimilem ſyllabam, aut potius gloſſa per comparationem 2, 4, 1., ad quem locum partim reſpexit P., deſertus in ſq. praep. a Bg., qui caſum mutat ſine neceſſitate, pro *exiit* in *populum*, emanavit *in* vulgus, (cf. Cic. Or. pro S.

ρεσις, ταραχή τε καὶ πένθος πάντας κατεῖχε· διέθεόν τε, ἐνθουσιῶσιν ἐοικότες· κίνησίς τε ἄλογος κατεῖχε τὸν δῆμον, ζητούντων τοὺς δράσαντας,

des, perturbatio et luctus omnes occupavit, diſcurre-
2. bantque lymphatis ſimiles, ac motus inſanus inceſſit populum, dum quaerunt ipſos

Roſc. Am. c. 1. ſ. 3.) non tenente G. Th. formulam Bg., ſed affinem P. „*vulgari* facinus *per* omnes *velim*" quanquam alias εἰς pro ἐν ſolenne; noſtrum locum iuvante Sb. Ind. e Xiph., quoad rectionem v. cum εἰς, in quam alibi alia e Luc. dedimus, tropo remoto ut hic innotuerit, nunciata ſit et indicata populo caedes, et i. q. 2, 13, 1. ἐπεὶ — ἐδηλώθη τῷ δήμῳ ἡ τ. β. ἀν., ut Stp. Th. modo „ἀ. *interfectio*" ſine omni auctoritate, quam, praeter L. N. T., cum Heſ., (huc etiam apto, ἀναίρεσις, ἡ τῆς χάρας ἐκτομή, in N. e loco ſacro tantum,) reperi modo in Ind. Fi. Pal., cum gen. quidem aliquo perſ. etiam, ſed per Latt. alia, iſti loco aptiora et diſco.

ταραχή) Poſt hanc vocem pro τὲ P. legerit δή, per ſuum *ſcilicet*, (quae Gr. particula in apodoſi erat 1, 7, 1. i.) aut libere addiderit, ut 2, 5, 1. ad μόνοι, quanquam et alibi confuſa iſta duo diximus, Sch. reddente in „τ. *tumultus* omnes *occupabat*, κ. π. π. *tenebat* omnes *luctus*" cum P. in primo ſubſt., ubi Bg. compoſ. ſemper tropice dicitur et de animo, ac vel de univerſo eius motu vehementi nimioque, vel praecipue de triſti, ut h. l. capio Gr., pro noſtro ſimili *Bewegung* ſ. *Beſtürzung*, unde ſupra ad 2, 3, 13. ap. alios copulatum cum φόβος aut ἀγωνία, et hic cum πενθ., quem luctum h. l. accipio propterea externum in voce, fronte atque oculis, tacente Stp. Th. in hoc ſubſt., at in pr. forte nobiscum ſumente 3, 1246. B., ubi ex Noſtro „l. 4. (4, 4, 11.) τ. κ. τὸν δῆμον, erat *ingens* tumultus *populi* (e P.) et l. 2. τ. π. κ., nimirum nunciata caede imperatoris, (cf. 1, 4, 19. e. ſed in v. κ., ſub Bg. Lat. 1, 1344. E. memoriter errat,) Herodi. τ. τ. καὶ φόβος πάντας κ." cf. per ſimilem phraſin Diod. S. 1, 417. l. 89. τ. κατέσχε τὸ ναυτικὸν, *trepidatio* invadit *claſſem*, it. l. 93. cum Lat. eodem, ſed per adiunctum ſyn. p. 219. l. 57. θαυμασμὸν κατάπληξιν καὶ τ. παρασκευάζουσι τοῖς ἀπείροις, ſtuporem *ac* metum *ignaris* afferunt (*mirum*,) ſed ſine Ind. 2, 21. i. ταραχαὶ γὰρ καὶ φόβοι καὶ πανικοὶ θόρυβοι συνεχεῖς ἐγίνοντο κατὰ τὴν πόλιν παράδοξοι. *perturbationes* enim *ac* terrores *panici* que *tumultus* (continui) ex *improviſo* urbem *corripere*, Luc. 1, 515. l. 90. φόβους καὶ ταραχὰς, timores, *perturbationes*, Ind. Dem. cui add. cum δυσκολία 57, 2. R. Or. V. 7. Iſ. Xen. Bach. et Z. Pol. it. L. N. T. Schw., in ſqq. reſpiciente Noſtro per variationem in ordine verborum ad 2, 2, 5., ubi v. de Bg. in ἐνθ., qui mox in v. κατ. variat, ſecus ac Noſter, cf. 1, 7, 1. i., etiam in notionem ſubſt. κιν., qui motus hic iterum ſit phyſice, per urbem vagando ac currendo, eſtque ἀλ., dum inſtituitur ſine mente et cogitatione iuſta, ſed cum vehementiore cupiditate, ira ac furore; quod adi. cum ſubſt. κ. Noſter per analog. iunxerit, tenente Stp. Th. nihil, quam hunc locum ſine Vs. in ſubſt. κ. e., ſub notione pro tumultu, ſed Sch. „ἀλ. *tumultuarius*, inſanus, *incertus* motus *animi*, κ. motus *inſanus* occupabat *populum*" dux Bg. partim, aliorſum abeunte P., nec G. Th. aliquid ſimile ferente.

ζητούντων) Motus *inſanus* inceſſit *populum*, utpote motus *eorum*, qui

μήτε δὲ [c] εὑρεῖν, μήτε ἀμύνασθαι δυναμένων. μάλιστά τε [d] 3. nec ulcisci possunt. Praedεινῶς ἔφερον τὸ πεπραγμένον, | auctores, sed nec invenire, cipue vero indigne ferebant

c) δὴ Ox. 2. mendose. d) Ms. Ba. δυναμένων, μάλιστά γε δ. v. N.

quaerunt ipsos *auctores*, sed *nec* invenire, *nec* ulcisci *possunt*. Sic intelligitur, unde genitivi ζητ. — δυν. pendeant. *Leisn.*

Qui ad m. Ox. quaerens „unde genit. ζητ.?" sic bene sibi respondet ipse, ut pendeant gen. a pr. subst. κιν., quanquam et ratio alia sumi poterit, ut gen. conseq. sint absoluti, oppresso pron. αὐτῶν, in quo est simul synthesis genus a plur. particip. cum subst. τὸν δημ. sing. e genere collectivorum; unde deinde particip. resolvetur commodius, vel cum Leisn. per ἅτε s. ὡς, vel per syn. particulam caussae aut modi cum Bg., qui e P. addit pron. αὐτοὺς et particip. per subst. reddit, quod et ipsum notionem habet aor. s. perf., cf. e G. Th. 1, 13, 6. e., retinente Sch. in δρ. modo subst. idem, sed in „ζ. *quaerentium* scelerum *auctores*" per additum gen. subst. innuente omissum pron. ταῦτα s. τοῦτο, aut subst. τὸ πρᾶγμα, aut τὸ ἔργον, quod erat ipsum cum particip. δρασ. 2, 5, 14. e., ut τὰ δεινὰ syn. 1, 13, 10. e., imitante Nostro per analog. in v. ζ. cum acc. pers. particip. Dem. 31, 20. τὸν γράψοντα — ζητεῖτε, Aes. Fa. 25, 1. τὸν ἰασόμενον — ζητῶν, sed in particip. Thuc. 395, 59. καὶ τοὺς δρ. ᾔδει οὐδεὶς, ἀλλὰ — οὗτοί τε ἐζητοῦντο, cuius *facinoris* auctores *nullus* sciebat, *sed* isti — *quaerebantur*, nobiscum sentientibus aliis etiam in gen. similibus absolute positis, cf. Poss. Synt. p. 196. Nr. 4. Weller. Gr. p. 228. e. ad Thuc. p. 510. N. 55. D'Orv. Ch. p. 178. e. v. 10. p. 254. v. 25., sed aliter Hoog. ad Vig. p. 337. b. i. Nr. 10., de acc. tali memorante Fi. ad Well. p. 315. m. et ad The. 5, 2. in v. εἰσιόντα, cf. de dat. tali ap. Hsd. ϑ', 70. ut de gen. sq. vs.

μήτε δὲ) Bg. ordinem mutat iterum in δὲ, quod hic stat, ut alibi oppresso in pr. membro μὲν, servante id quidem P., sed tamen pron. αὐτοὺς, bis hic a Nostro in v. v. oppressum, extrinsecus assumente et in aliud pron. relat. *quos* mutante, unde in sq. v. ἀμ. Bg. (ubi ap. G. Th. etiam Gr. n.) cum aliis et Stp. Th. aliunde, neglecta iterum vi med., qua de cf. lib. de V. med. p. 43. m. it. Ind. Xen. R. Or. V. 6. 7. Ant. Dem. Is. Ev. Xen. Bach. et Cyr. Z. Dion. Cas. Dion. H. S. T. 1. Luc. Aes. Fab. Valck. Eur. Ph. p. 533. Abr. Dl. Th. p. 819. e. Gottl. ad Plat. Menex. p. 33. b. m. cum Ind. it. Hes. 1, 1638. i., non coll. Suid.

μάλιστά τε) Ms. res iterum, ut alibi, in γὲ pro τὲ hic incommoda, e confusione litterarum haud dubie, quanquam et P. abit in δὲ, cum Bg, sed liberius iterum, ut 2, 2, 20., cum et Lat. habeant *maximeque* in nova re, etiam in principio sententiae post punctum, aeque ac in media periodo, it. *et maxime*, quanquam tacentibus G. Th. Hor. T. et Indd., non item Niz. forte; quanquam istius loca non potuerunt a me quaeri; cum sufficiat, τὲ poni sic in nova sententia et post distinctionem maximam, cum quacunque voce, ut etiam hic a Nostro potuerit poni, ubi sane et δὲ, sed eodem sensu, locum obtinet, quod cum μ. tantum in media periodo tenet Stp. Th., ut μ. γὲ modo in responsione, ubi γὲ valet pro sane, cf. Hoog. Op., non item μ. τὲ, quod nec Indd. praebuere, sed μ. solum ab initio enunciationis ap. Plut. Hs. 5, 9., sed μ. δὲ in media ib. 17, 14. et Is. Ev. F. p. 40. ult., sed in princip. ap. Aesch. Fi.

καὶ συμφορὰν κοινὴν ἐτήρουν οἱ hoc factum, et ut commu-

a, 38. e., et καὶ μ. μὲν ap. Plut. iterum 18, 3. e., hic ut τὲ etiam retulerit Noster ad pr. §. idem τὲ, etsi per se, ut alibi, corruptum ex δὲ potest esse, variante Nostro cum 2, 5, 15. m. in formula δ. φ., quod adv. Ind. Thuc. v. φ. cum illo χ. comparat e Dion. H., tacentibus rel., et praebentibus modo cum v. v. aliis, Xen. 'Ανβ. Mor. R. Or. V. 4. 6. 7. Ant., Fi. The. Aes. Fa. Herdt., ubi e glossa est, cf. L. N. T. cum Hes. sine N. et loco, it. Stp. Th., qui hinc tacet, ut et similem locum, it. Lat. Bg. e P., ap. G. Th. cum Gr. al., sed tamen per eandem phrasin; in sq. τὸ π. Bg. iterum reddente art. per pron., sed Nostro tantum per numerum sing. variante cum 2, 5, 15. m., ap. Sch. „rem gestam" qui et ipse P. deserit.

συμφ. κ. ἐτ.) Pol. *communem eam* calamitatem *existimabant*, Sylb. *cavebant*. Sed recte D'Orv. ad Ch. p. 139. (i. v. 14.) ἐθρήνουν, *deplorabant*, legit. οἱ τ. σ. β. νέμοντες sunt senatores, *qui* senatum *administrant*. Significatus verbi νέμω rarior, praesertim cum accus. Nam ex Plat. in Lexx. laudatur locus, ubi dativo iungitur. Interim significatus in multis compositis, e. g. in οἰκονομέω, γυναικονόμοι etc., it. in nomine νομὸς, praefectura, etc. superest. Similis periphrasis est infra 4, 1, 6. οἱ τὴν ὕπατον ἀρχὴν τότε διέποντες. *Leisn.* τηρεῖν συμφορὰν, *habere* pro *calamitate*, et νέμειν τὴν βουλὴν, pro *frequentare senatum*, novae sunt dictiones Graecitatis declinantis. *Reisk.* Probo emendationem viri docti in Misc. Obs. V. 9. p. 115. ἐθρήνουν pro ἐτήρουν reponentis. *Stroth.*

Sb. Ind. v. „τηροῦντες — observ., *caventes*," unde Sch. „ἐτ. communem cal. *observabant* s. *cavebant* Sb., sed P. *existimabant*" quorum medium quidem Lat. *cav.* vix edat sententiam hic commodam, sed tolerabilem primum et ultimum, per se idem, sicut syn. copulatur in Liv. praef. m., *sed* haec — *utcunque* animadversa *aut* existimata *erunt*, nobis *ansehen* simili tropo, de mente, nihil praebente G. Th. in Lat. Bg., quam Gr., παρατηρέω, φυλάττω, ἐφοράω, quorum medium ad R. Or. Aesch. V. 3. p. 547. τὰ σπλάγχνα φυλάττοντα in N. reddunt *exta inspicere*, observare, *intueri*, sed ut physica obtineat ibi vis, quae et in Lat. Bg. in similibus, it. in simpl. *servare*, in augurum disciplina, neque profuturo admodum illo Diod. 2, 416. l. 26. τῶν δ' ἐν τῇ πόλει πυθομένων τὴν — προσηγγελμένην συμφορὰν, οἱ πολλοὶ μὲν ἐπίστευσαν, οἱ προεστηκότες δὲ διστάζοντες διετήρησαν μὲν, χάριν τοῦ μὴ γενέσθαι ταραχὴν, *cum, qui in urbe erant*, hanc — *calamitatem* ex *nunciis* audivissent, *plerique* crediderunt; *primores* ut *rem* ambiguam *in* occulto *servarunt*, ne *quid* tumultus *exsisteret*, ubi pro occultare, non divulgare, premere mente, nec proloqui, in mente servare, nobis quoque *bey* sich *behalten*, non male in N. comparato loco sacro Luc. 11, 51., ubi tamen capio potius pro in memoria tenere; quae vero non videntur huius loci esse, ubi potius expectes aliquam vocem, quae tristitiae partem sensumque exprimat, qualis sane in coniectura D'Orv., repetita quoque in Misc. Obs. Amst. l. l., unde et Mori V. S. Vener. amicitia excerpsit mihi quondam „vocem θρηνεῖν redde Herodiano 2, 6, 3. μάλιστά τε — κοινὴν ἐθρήνουν, ubi vulgo ἐτήρουν" non a se multum abeuntibus litteris maiusculis, sensuque ita efficiendo longe planiori, quale quid ap. Diod. 1. l. l. 36. τὴν σ. ὠδύροντο, calamitatem *deplorare*, non ipsam quidem illam formulam edentibus Indd., sed tamen v. θρ. cum acc. rei non dissimili, Luc. Poss. Call. et Stp. Th., qui nec

τὴν σύγκλητον βουλὴν νέμοντες, πατέρα τὲ ἤπιον[e] καὶ χρη- nem calamitatem obſervabant Senatores, parente miti et

e) Ms. Ba. ἥπιον per aſperum, ut in A. al. cf. 2, 4, 1. e.

hunc locum, nec ſimilem habet in v. τηρ., quod in notionem Sb. cum ipſo φυλάττειν refert Ind. Dem., ſed nullus in Rsk. vi, quam nec opus ſit ei affingere, cum liceat evitare Graecitatem recentiorem, ſi tamen ineſt hic quaedam, non pluribus a Rsk. firmata, dum haud dubie conjecturam nemo improbat criticus in lapſu facili, aliisque, quae propoſui, ſuadentibus, unde etiam Leisn. recte repetit D'Orv. Gr. in m. Ox., et in m. Ms. Bg. „D'Orv. legit ἐθρ. *lugebant*" alio, quam ſupra, Lat., quale nullum ipſe D'Orv. addiderat l. l., ſed modo „ap. Herodi. 2, 6, 3. lege σ. κ. ἐθρ., repudiato ἐτηρ." quod nec auſim defendere, pro intueri, conſiderare, reputare, ex illis συμφορὰν ὁρᾶν et εἰσορᾶν, ingratiis *videre*, nobis *ungern ſehen*, non libenter videre, cf. Cal. ad Ath. 2, 253. c. 4. e., nec hinc deſcendam ad corrigendum ἑώρων, cum hoc quodammodo iam inſit in pr. δ. ἐφ., et aliquid aliud, vel in copia ſyn., requiratur, quod det D'Orv., aliquando a me edendum, ut pr. formula pertineat ad animum, ſed privum v. θρ. ad corpus et vocem; in ſubſt. afferente Stp. Th. modo „συμφορὰν ποιοῦμαι τοῦτο, pro calamitate habeo" quod Rsk. in animo habuerit, etiam P., qui pron. explerat, in nova lect. non neceſſarium; alia v. v. cum σ. praebentibus Ind. Poll. Call. Thuc. Iſ. Ev. Xen. M. S. et Pol. Z. it. R. Or. V. 4., ſed (praeter ποιεῖσθαι Luc.) νομίζειν εἶναι ib. V. 7. Iſ. it. συμπενθεῖν ib. V. 8. Lyc. et ὀδύρεσθαι Fi. Pal. ex 41, 7., tum adi. alia Luc. Diod. S. Aeſ. Fa. R. Or. V. 6. 7. Ant., ſed 4. v. σ. e. „σ. κοινὴ τῶν Ἑλλήνων, de homine, qui Graecis omnibus mala multa creavit" pro quo h. l. κ. calamitas, quam expertus ſenatus cum pop. univerſo, et omnino, quam aliquis cum altero perfert; G. Th. tenente formulam ſine explic. Tum Sch. „ν. adminiſtrantes *ſenatum*" ut Stp. Th. v. e. 2, 1019. i. „ν. adminiſtro, gero, et οἱ σ. β. ν., pro ſenatu, ap. Herodi." ſine numeris, e P. clam, et per lect. aliam in omiſſo art., e Bud. C. fere 1023, 48. „ν. etiam τὸ διοικῶ, — Herodianus τοὺς σ. β. νέμοντας, pro ſenatu dixit non ſemel" qui errat in hoc, cum Noſter hic tantum uſurpet periphraſin iſtam, at ſine nova Graecitate verbum illo Bud. ſenſu, quem, a Stp. tantum ex h. l. allatum, ſed a L. Ern. non repetitum, diſerte tamen habet Suid. 2, 606. e. et p. ſq. m., quanquam ſine idoneo loco, nec mihi aliunde cognitum, nec certo firmandum ex illo Dem. 166, 4. τοῖς νέμουσι καὶ διδοῦσι τὰ κοινὰ, ob adiunctum v. δ., ſed potius cum Leisn. ex allatis, ib. e med. νέμεσθαι pro curare, cf. Graev. L. H. ἐργ. v. 231., quanquam non bene ea notio convenire videtur in adiectum acc. τὴν σ. β., ſive de perſ., ſive de loco acceptum, cui poſtr. aptior illa Rsk., nec ipſa recentioris Graecitatis, ſed reperienda in iſta pro habitare, colere, tenere, habere, verſari et eſſe alicubi, qua de, praeter Stp. Th. et L. Ern., aeque in act., ac med., cf. Suid. l. l. Ind. Abr. ad Aeſch. T. utr. Hom. Luc. e T. 2., Diod. S. Fa. Aeſ. et Kuſt. de V. med., quae etiam cadat in v. cum acc. perſ. ap. Soph. Ai. v. 1348. φίλον σ' ἐγὼ — νέμω, te *amicum* ego — *duco*, ubi capio pro habeo, in qua deinde illa libera latet; ut in Noſtri formulam e Lat. comparo potius hanc Cic. ep. 4, 1, 7. *adeſſe* in *ſenatu*, it. §. pr. te — *in* ſenatum, *ſive* potius *in* conventum *ſenatorum* eſſe *venturum*, quam illas

σὸν προστάτην [f] ἀποβαλόντες. principe bono amiſſo: rur-
πάλιν τε τυραννίδος ἦν δέος [g], 4. ſumque tyrannidis exiſtebat

f) Ms. Vi. πρὸς ταυτὴν. Evidentiſſima talia ſphalmata deinceps indicare inutile eſt viſum. *Luc.* Idem vitium alio modo accentu πρὸς ταύτην notatum erat e Mss. rei. Poſt ἀπ. colon in B. 1. R. al., it. in Ms. Bg. g) Hic in Ms. Ba. punctum, v. N.

ſenatum habere, *dare*, cum videantur hae potius eſſe conſulum, de quibus hic non commode cogites ſolis, cum haud dubie et ſenatores reliqui iacturam ſenſerint, ad quos et Noſtri reliqua in ſqq. pertinent; etiam Leisn. in Ox. ſupra Gr. ſcribente ſimul „*coſſ.* — *ſenatores*" qui tamen in N. ſupra aliter explicabat; cf. de v. νεμ. cum acc. rei in alium uſum Soph. Ai. Heſd. R. Or. V. 4. et Dem., ut aliam ſenatus quidem periphraſin infra 2, 12, 7. e.

προστάτην) Ut olim ἀπάσαις πόλεσιν ἦν τις ἐν Ῥώμῃ προστάτης, ut ſcribit Appian. 2. Civ., ita hic bonus princeps dicitur προστάτης ſenatus, et mox 2, 7, 5. Niger ἀρωγὸς τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ σεμνῆς βασιλείας προστάτης. Imperatorum erat, ſenatum populumque Rom. in fidem recipere, more patronorum. *Leisn.* Cod. inepte πρὸς ταύτην. *Stroth.*

De Mss. vitio non amplius dubitandum, cum et res oſtendat ipſa, et P. vulg. referat, etſi oblique, ſervante eius Lat. etiam Bg., qui loco altero Noſtri, a Leisn. excitato, ubi plena afferri formula videtur, reddit *patronum*, quod ap. G. Th. cum Gr. n., non item Bg., quo alterutro et alibi reddunt, cf. Stp. Th. aliunde, Sb. Ind., Dio. Caſ. Thuc. 401, 21. 559, 82. cum gen. δήμου, quod et hic ſuppleas, aut tantum pron. αὐτῆς, e pr. βουλ., ſicut ap. Diod. S. 2, 611. ult. diſerte M. Livius Druſus vocatur προστάτης τῆς συγκλήτου, ſenatus *patronus*, i. e. fautor, defenſor, cf. N., it. ad Heſ. 2, 1052. i., non coll. Suid. 3, 205. m., Krb. Decr. R. p. I. p. 235. e. Munth. p. 316. e. D'Orv. Ch. p. 7. e. Valck. Diatr. poſt Eur. Hipp. p. 254. A. e. Ind. Dem., cui add. 35, pen., Ael. V. h. cum N. ad 2, 42. p. 182. b. N. 5., Polb. Xen. Hell. Mor., Cyr. et Pol. Z., R. Or. V. 4. 8. And. et Lyc., it. Iſ. Pan. Mor. „qui imperium habet" unde fortaſſis Bg. ceperis univerſe pro imperante, ut alibi iſto Lat. reddit τὸν βασιλέα et τὸν ἄρχοντα, quorum priori et alias Noſter dat adi. χρ., et ſyn. ἀγαθὸν 1, 4, 21., copulans idem utr. βασ. et πατέρα χρηστὸν 2, 2, 18. it. ἤπιον ἄρχοντα καὶ πατέρα 2, 4, 1. e. de eodem Pert., pro quibus hic utr. ſubſt. cum ſuo adi., ſed ad variandum ordine inverſo, quem mutat Bg. e P., huius delerens gradus alios, ut Sch. eundem cum Bg. in „ἀπ. *quum* amiſiſſent *patrem*" quo Lat. (ap. G. Th. Nr. 2) cum Gr. n.) etiam Stp. Th. aliunde utitur, idque etiam, ut hic, cum acc. perſ., cf. Ind. Thuc. Xen. Ἀγ.ϐ. Ael. V. h. et Luc., ut in rem et animum Pertinacis in ſenatum Schott. l. b. p. 1. i., ubi p. pr. m. „qui, ut popularis videretur, *principis ſenatus* nomen adſciverat" e Dione l. 73. ſ. Xiph. 388, 24. πρόκριτος — τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπωνομάσθη, *princeps* ſenatus *vetere* conſuetudine *cognominatus eſt*, quo neſcio an Noſter cum Bg. reſpexerit, neque, an ad 2, 2, 21., ubi populus Pertinacem πατέρα compellavit. A Cic. quidem pro Mil. c. 7. i. *ſenatus* propugnator, *atque illis quidem temporibus* paene *patronus* — M. *Druſus* dictus.

ἦν δ.) Sch. in v. ἦν „δ. τούτου, *metuebatur* hoc, δ. metus *erat* huius

ἐπεὶ, τούτῳ χαίρειν τοὺς στρατιώτας, ἤλπιζον. μιᾶς δήπου[h] | metus, quoniam ea re delectari milites intelligebant. Uno

5.

h) Ms. Ba. δέ που λ., sed divisum δή που A. cum B. 1. R, v. N., et vitiosum δήμου B. 2. L. et Par. 1., cf. Fi. Plat. Phileb. p. 55. e.

rei" discedente Bg., etiam a P. liberiore, ubi ad planiorem sensum explcas pron. dat. αὐτῇ, e pr. βουλ., aut per synthesin αὐτοῖς, quo et respicit sq. plur. v. ἤλπ., cf. 6, 7, 8., tenente G. Th. in adv. Bg. e P. cum Gr. al. tamen notionem huius loci „denuo, iterum" sed ignorante Stp. Th. formulam δ. ἦν λ., cf. Ind. Dion. H. S. T. 1. Fi. Aesch. ex 3, 18. Soph. Ai. et Thuc. In sq. ἐπεὶ Sch. reddit, ut 2, 4, 16. per *nam*, ubi punctum obtinet, ut in Bg. Lat. comma.

τούτῳ χ.) Intelligo *hac re*, vel τῷ τυραννίδα εἶναι. Alioqui ταύτῃ dicendum fuisset. *Steph.* Ad ultimam rationem respiciens P., omissam causalem ἐ. simul dedit in affini pron. rel. *quam*, dum neutrum, ad pr fem. τυρ. relatum, habet synthesis genus, subst. πράγματι s. χρήματι subintelligendo, cf. 2, 3, 3., unde redeas ad Lat. Bg., syn. illi Stp, qui tacet in Th. cum L. Bos. Ell.; contra Cort. ad Sall. ponente in Ind. „*res ea*, pro id, post neutrum" it. e Cat. 40, 4., cf. 1, 5, 20., in v. χ. P. sequente partim Sch. „*cordi* esse *hanc* rem *illis*" Bg. iterum act. exprimente per syn. pass., quod non est ap. Stp. Th.

ἤλπιζον) h. l. pro ᾤοντο, ut 8, 8, (3. m.) et in fine c. 1. eiusdem libri, ac ap. Herodt. l. 1. (1, 27. p. 12. l. 94.) Κροῖσον δὲ ἐλπίσαντα λέγειν ἐκεῖνον ἀληθέα, (*et* Croesum *vera* loqui *ratum.*) Notum est, hanc vocem saepius in malam quoque partem adhiberi: ap. Hieroclem vero per iocum dictum puto ἐλπίζω κἀμὲ νοσῆσαι. *Stroth.*

Relicto P., (quem sequitur Bg., nesciente eius Lat. Stp. Th.) etiam Sch. hinc reddebat *putabant*, quo de sensu alibi dictum, ut et de alio pro *metuebant*, qui et ipse hic valeat.

μιᾶς δήπου) Malim δέ που. Et που est *ferme. Reisk.* Etiam P. hic δὲ refert, quod habetur quoque in simili loco 2, 12, 7. δύο δέ που ἢ τριῶν ἡμερῶν παραδραμουσῶν, pro quibus hic variatur modo in v. syn. et in temporis ratione ac sing., ut alibi confusae sunt istae voculae, sed hic vulg., si divellantur, δή, pro igitur, procedere videtur, una voce editum reddente Sch. v. δὴ e. per P. *sed*, contra usum, sed in π. „utique, *nimirum*" quo sensu affirmativo et Bg. ceperit suum Lat., quanquam et pro saltem, cf. G. Th., etsi hac vi, qua restringat, non produnt, sed illa aiente aliave, Hes., non coll. Suid., Bud. C. Vig. Dev. Hoog. Op. L. N. T. Stp. Th. et Indd. Thuc. Xen. Mor. et Z., Isocr. Mor., Fi. Aesch. et Pal. Ael. V. h. Dion. H. S. T. 1., R. Or. V. 4., cf. fine Ind. Dem. 62, 19. 74, 18. 77, 17. 92, 21. etc. it. pro forte s. maxime 129, 4., it. syn. δήπουθεν 187, 27. 269, 25. 545, 13., cf. Hes. Suid. et Ind. Luc., tum de πού enclitico in infinita notione Rsk. et pro Lat. *fere* it. *circiter*, v. Stp. Th. L. N. T. cum Kypk. T. 2., Bud. C. 1299, 31. Dev. p. 323. i. Ind. Ael. V. h. Lycophr. v. 201., cf. supra 1, 1, 5. m., sed pro forte, s. fortasse, it. ni fallor, opinor, credo, Hoog. Op., Z. ad Vig. et Ind. Xen. M. S., 'Αναβ. Mor. Fi. Aesch. Clark. ad Hom. 'Ιλ. ν', 225., cui add. 'Οδ. β', 71. 164. δ', 181. 193. Mus. v. 27. Plat. Euthyph. p. 4. N. 3. e., pro aliquando, i. aliquo tempore, Ind. Plut. Hs., qui non recte censet de altero ib. loco, ubi est eadem vi, aut pro forte s. alicubi, ut

καὶ δευτέρας ἡμέρας διαδραμούσης, οἱ μὲν δημόται, ἕκαστος[i], τὸ καθ' αὑτὸν δεδιὼς, ὑπανε- certe ac altero die elapso, plebeii quidem, quisque sibi timens, recedebant, quive

i) Hoc comma nostrum est, ut alterum post δεδ. etiam in A. al.

pro hoc s. aliquando ap. Luc. 2, 522. l. 50., ubi Gs. libere *tandem*, et pro interdum Ind. Fi. The., sed pro sane ap. Iulian. in Ind. Sb., qua notione aiente, a Dev. l. l. iam prolata, sed improbata ab Hoog. Op., tamen equidem uti soleo in δήπου unius vocis, ubi figuram ἐκ παραλλήλου sumo, ut copulentur per se duo syn. e notione affirmandi, pro quibus deinde liceat libere in Vs. adhibere unum Lat.; sicut comparo illud πὰ ad notionem infinitam pro forte et *fere*, nostrum *etwa*, cf. 1, 4, 8. m. μήποι. Tum Sch. in „δ. uno *die* et *altero*" cum Bg. severior in copula, quam P., formulam, a Nostro forte e Lat. ductam, nec Stp. Th. praebente, nec Ind. aliquo, sed affinem Herdt., cf. Xen. Hell. Mor. 4, 1, 10. i., in v. δ. autem Stp. Th. hinc modo „*elapso* die *uno* et *altero*, s. quum dies unus et alter praeteriisset, s. abiisset" in extr. tacite e P., nihil dantibus Indd. de v. cum subst. temporis aliquo, et Sb. tantum hunc Nostri locum sine Vs., cum tamen sit ap. Zos. 2, 18, 1. ὀλιγίστου χρόνου διαδραμόντος, quum *perexiguum* temporis *effluxisset*, et 2, 27, 6. χρ. δέ τινος δ., posteaquam *aliquid* temporis *intercessisset*, variante Nostro in v. cum 1, 5, 1., ubi Bg. Lat. idem, cf. de Gr. v. in alios usus Ind. Xen. M. S. et Abr. Dl. Th., it. Dion. H. S. T. 1. et Polb.

Severus modo hinc proferente „Syriae quoque praefuit" ut Sch. „ἡγ. *praesidis* officio *functi.*" Sed ad sq. v. δ. Lat. Bg. aliunde tenet Stp. Th., tum unus Ms. augmento caret fortassis librarii tantum lapsu, cum rel. id servent, sed nos colon delegimus, ut magis aperte finis protasis agnosceretur in longiore periodo, ob cuius ampliorem apodosin servatus est quoque numerus §. novae, per se in periodo media alienus, et olim removendus forte.

εὖ ἴσε) Sch. „εὖ. *bene*, probe, *scire*, i. probe *nostis*" Bg. discedente tantum in tempore f. modo, sed a Stp. ad m. etiam quoad Vs., qui e P. liberrimo servarat adv. *profecto* ad sensum, in Th. non tenens hanc formulam, sed syn. aliarum pers., nec monens, ut nec L. Bos., de ellipsi coniunct. ὅτι, unde perite Bg. per inf. cum acc., v. Abr. ad Aesch. 1, 177. m. it. Dl. Th. p. 5. e. cum Auct. p. 422. i. Vig. p. 262. m. sq. Hoog. Op. p. 876. m. Ind. v. εὖ Luc., cui adde 1, 28. l. 62., Dion. H. S. T. 2. Aes. Fa. Soph. Ai. v. 1325. Suid. 1, 889. m., non coll. ad Hes. 1, 1503. e. 1508. i. nisi dicas, sine rectione stare, ut Lat. *credo*, *opinor* rel.

ῥαθυμ.) Cod. ῥαθ. ἢ ἀνανδρίαν. Difficile dictu est, utra lectio sit vera. Vix quidem verosimile est, mutasse quemquam ἀνανδρ., quod frequentius adest, in ἀδραν., quod rarius occurrit; et tamen hoc nimis pleonasticum videtur. ῥαθυμία enim et ἀδρανία fere eadem sunt, nisi quod ῥαθ. aliquanto plus turpitudinis contineat. Sensus tamen, ut ita dicam, qui in me est, criticus receptam lectionem amplecti mavult. *Stroth.*

Glossam esse Mss. duorum ἀνανδρίαν, patere credo, non modo hinc, quod tertius Ms. Vi. manserit in vulg., sed etiam ex illo ipso, quod Strothus sentit, et pro indicio glossarum censetur, cum frequentius vocabulum rariori substitutum sit, quibus duobus argumentis pro vulg. tertium hoc accedat, quod in copulatis subst. vulg. non est tautologia inanis, sed differentia quaedam, vel a notatione, cum oriantur a diversis primitivis, vel etiam ab explicatione et interpretatione, quod ῥαθ. cernitur in eo proprie, ut levem animum teneas, levesque res, nec graves et difficiles suscipias, cf. Exc. ad 1, 1, 9. sed ἀδρ. in hoc, ut plane nihil agas vel agere velis; ad quorum intelligentiam non prosunt Lat. P., quae partim Sch. retinet in „ἀδρ. *imbecillitatem*, torporem, *ignaviam*, κ. *arguent* me *desidiae*" hinc, vel e Sb. Ind. suum ducente Bg. postremum, quo reddit prius Gr. 1, 10, 5., ubi et dedimus e G. Th. cum Gr. illo eodem, sed ib. „*soc.* μωρία, ἀδράνεια, ῥαθυμία, ἀσυνεσία, ignavia, — industria *socordiae* opp. Tac. — *socordiae* atque *ignaviae*, Sall. Cat. c. 52. „§. 29., ubi Cort. non solicitus est de Lat. discrimine, quod et ipsum ex etymologia apparens, sic posuerim, ut socordia f. secordia laboret, qui sit sine corde, mente, intelligentia, cogitatione et cura, unde illa Gr. μωρ. et ἀσυν., it. sine animo, i. cupiditate, voluntate agendi pugnandique, unde illud Gr. ἀδρ., sed ignavus, i. non gnavus f. non navus sit per se quidem i. q. non agilis et laboriosus, sed deinde in primis non celer ad laborem et constans in labore perferendo ob molestias, damna et pericula, utque socordia ad animum, sed ignavia etiam ad corpus

„καταγνώσονται, οὔτε τὸ ὑμέ-„τερον γενναῖον καὶ πρὸς τὰς „μάχας ἐμβριθὲς ὑποστῆναι „αἱρήσονται[t], καὶ σωμάτων με-„γέθεσι, καὶ πόνων ἀσκήσεσι,

viam imputaturos, neque vestram alacritatem et in pugnando vim sustinere optaturos, cum et corporum statura, et laboribus tolerandis,

t) Ms. Ba. colon, ut punctum in A.

pertineat; hic ut reddant nostrates *Feigheit* oder *Unthätigkeit*, in postr. vicinius ad Gr. de nostra quidem expositione, quo de Stp. Th. tantum haec „ἀδρανία s. ἀδράνεια, *imbecillitas*, ut γήρως ἀδρανίη, in epigr.“ quae notio, e δραίνω s. δράω ducta, non videtur prima, quanquam et est in Lex. Bas.“ imbecillitas, inertia, ignavia, torpor, (ut P. hic,) infirmitas, ἀδυναμία, ἀσθένεια, torpedo“ quorum tribus Lat. primis Lex. Ern. modo addit „socordia, Philox.“ praeterea reperiente me tantum ap. Suid. 1, 56. m. ἀδρανία, διὰ τοῦ ι, ἀδυναμία, ἀσθένεια, infirmitas, *imbecillitas*, cum locis duobus ex epigr., in quibus et ille Stp., tum ἀδράνεια δὲ, δίφθογγον, ἀπὸ τοῦ ἀδρανὴς ἀρσενικοῦ, quae modo videntur diversa Scholia et diversis e fontibus auctoribusque a Suida conflata, cum utr. forma subst. ab eodem adi. fluxerit, nec ad sensum discrepet, sed adi. tantum ap. Hes. ἀδρανὲς, ἀσθενὲς, cf. L. Ern. et 2, 9, 3. e., quocum variatur per adiunctum subst. alterum.

τὸ ὑμ. γενν.) Forte πρὸς τὸ τῆς μάχης ἐμβριθές. *Reisk.* Ad γενν. (in quo variatur cum §. 11. ἀνδρείαν, cf. Ind. Dem.) reddit Bg. partim e Stp. m., qui in Th. τὸ γ. tenet modo e Nostri alio loco, sed nihil tale in ἐμβρ., ubi Sch. „gravem s. constantem s. ferocem *animum* ad *pugnandum*, μ. *ad* pugnas *virtutem*“ sed Bg. dilucidius, pro vehementia, (ut Lex. Bas. diserte in Latt. habet *vehemens*, et G. Th. 1047, 48. „*vim — pugnantium*, i. animos et impetum, quem in praelio habent“ cf. Ind. Corn. N.) etiam quoad Nostri adiunctam praep. πρ., in quo forte Lat. quid et peculiare est ac periphrasis gen. solennis per praep., quem gen. refert non modo Rsk. coniectura inutilis, (quae et inducit duplicem rectionem v. ὑποσ., cum acc. nudo τὸ γενν., et simul cum praep. πρ.) verum etiam Ind. Dion. H. S. T. 2. τὸ ἐ. τῆς λέξεως sine Vs., it. Luc. sine Ind. 3, 516. l. 84. de Dem. τῆς ὅπλων βίας τὴν τοῦ λόγου πειθὼ, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἐ. οὐδαμῇ τιθεὶς δεύτερον, *qui* armorum *viribus* vim *oratione* persuadendi *et* consilii *gravitatem* postponam *minime*, vel potius *sententiae*, sententiarum orationis, *gravitatem*, pondus, robur, vehementiam, cf. ib. p. 514. l. 38. et 45. it. p. 501. l. 20. sqq., Thom. M. p. 301. cum p. sq. N. 3. Suid. 1, 721. e., non coll. ad Hes., Poll. 4, 85. Foes. Oec. Gottl. Plat. Ph. p. 50. m. Indd. Polb. Diod. S. Long. Mor. Plut. Krg. cum Gs. Chr. et Abr. ad Aesch. T. 1. Elench. voc., ubi tamen in textu l. l. lectio al., variante Nostro quodammodo cum §. 12. ἀνασχ. in ὑποσ., ubi proinde, P. deserto, Bg. Lat. idem, ap. G. Th. cum Gr. n., etiam ap. Stp. Th. aliunde et cum rectione Nostri, cf. R. Or. Ind. V. 4. 6. Dem. Xen. Ἀνβ. et Cyr., Polb. Diod. S. Abr. Dl. Th. cum Suid. 3, 559. e. it. Hes. 2, 1475. sq. 1484. i., ut ad v. αἱρ. Stp. Th. tenet P. Lat., non item Bg., quod h. l. proprie pro eligere, cf. G. Th. Nr. 2., ut Gr. cum neg. pro nolle, cf. Ind. Dem.

„καὶ[u] ἐν τῇ συςάδην μάχῃ πολὺ *et cominus pugnando longe*
„ὑμῶν[x] ἀπολιπόντες[y]. Φθά- 18. *nobis sint inferiores. Pro-*
„σωμεν οὖν τὴν Ῥώμην προκα- *peremus itaque prius occupa-*

u) Hoc καὶ mendose carent Par. utr. et Ox. 1. x) Nullibi hic variatur, v. N. y) Ms. Ba. ἀπολείποντες λ. v. N.

ἀπολιπόντ.) Ms. tempus aliud et praes. pro aor. 2. iterum est vel e confusis litteris, vel e glossa ad sensum indicandum, quem et viderunt Lat. Inttp., non item Sch., qui partim e P. „ἀπ. longe *vobis* impares *habiti* proceritatibus *corporum*, (quem plur. P. in μεγ. deserit Bg., tenente Stp. Th. subst. id etiam cum σ. gen. aliunde, cf. ad Luc. 2, 890. e. sq. ad Herdt. p. 13. N. 69. Plut. Hs. p. 9. e. Rsk. ad Polb. p. 108. m. 514. e.) π. ἀσκ. laborum *exercitationibus*, (partim e P., qui liberior in π., ut Bg. in ἀ., respiciens ad §. 10. φ. π., ut Noster variat cum §. 12. καμ., et peculiari ratione scribit in copulatis π. ἀ., ubi dedissem saltem *laborum tolerantia* s. *adsuetudine*, porro in adv.) ἡ σ. μ., stataria *pugna*, s. quae fit consertis aut collatis manibus, μ. τ. σ., praelio, quod cominus fit" quae conveniunt fere cum Stp. Th. in v. σ. aliunde, et habent Vs. per adi. et subst. vicinam Gr., e lege de adv. intra artic. et subst. pro adi., sed pertinentem proprie ad alia Gr. ςαδία μάχη, cf. Zos. 4, 11, 2. cum N. Ind. Diod. S. et Thuc. v. ξυς. Rsk. ad Polb. p. 122. e. Vig. p. 152. i. et supra 1, 10, 9. e., variante Nostro cum 2, 3, 4. per v. ἀπ. act., ubi Bg. in πολ. severior, quam hic e P., in cuius Vs. edd. Par. 2. Ox. et Ed. extat pron. *nobis*, ut in Ms. Bg., ubi in marg. Leisn. „l. ἡμῶν pro ὑμ. (sed in m. Ox.) l. ἡμῶν" contra contextum orationis, qui est de exercitu, et contra Vs. P. edd. rel., etiam illam Antw., et contra Gr. libros omnes; ut forte Bg. scriba errarit.

φθάσωμεν) Severior Bg. hic, quam P., tum quod v. φθ. non reddit per aliquod adv., sed per aliud v., tum quod in adiuncto v. πρ. deligit aptius adv. pro praep., qualia ignorat Stp. Th., ubi in v. φθ. modo sunt duo exempla cum particip. verbi, compositi a pr. πρὸ, in notione temporis, nec quid praecipitur in eam rem 4, 134. C. et E. m., nec ap. Bud. C. 550, 48. p. sq. i., quorum Themist. locum, a neutro conversum, καθάπερ ἔφθημεν πολλάκις προειρηκότες, reddiderim, *ut* iam *saepe praediximus*, sed alterum e Thuc. reddebant isti „ἵνα μὴ φθάνωσι προεπιβουλευόμενοι, *ne* insidiis *occupentur*" de more suo, putantes, redundare v. φ., quem locum, Ind. tacente, non tenebam, sed alia 3, 12. i. ἔφθασαν προκαταλαβόντες, celeriter *praeoccuparunt*, quae ad sensum paria sunt Bg., tum 2, 91. i. φθάνουσιν — προκαταφυγοῦσαι, *fuga* se *recipientes* — hostem *praevertunt*, pro *celeriter* fugiebant *Naupactum* prius, *quam* eo venissent Athenienses, vel *properabant* fugere *prius*, quae Bg. ratio procedit et, ubi φ. est cum πρότερος, ut ap. Dem. sine Ind. 70, 15. ἐὰν μὴ πρότερος φθάσῃ ποιήσας, nisi *prior* facere *properes*, ut illud Stp. Th. E. m. et Bud. C. l. 40. ex Athen. περὶ Καλλίου — φθάνομεν καὶ πρότερον εἰπόντες, par est isti antea Themist., *de* Callia *iam* s. statim *etiam* ante *diximus*, cf. supra 1, 17, 16., cum in v., composito e πρὸ praep., sed alius notionis et loci, lex maneat vulgaris, v. c. ap. Diod. S. 2, 238. l. 28. e. ἔφθασε προπηδήσας, *assiliens* ille *praevertit*, s. *statim*, prius *assilit*; recte de φ. cum πρὸ separatim sta-

„ταλαβόντες, ἔνθα ἡ βασί- re Romam, ubi imperii est
„λειός ἐστιν ἑστία [z]· κἀκεῖθεν lar familiaris. atque inde
„ὁρμώμενοι, τὰ λοιπὰ εὐμαρῶς facto initio reliqua facile ex-

z) Ms. Ba. distinctio cum elemento parvo accedat ad colon Stp. rel., pro al. puncto.

tuente Z. ad Xen. Cyr. p. 140. b. i., sed Bg. severiore hic, quam 1, 6, 8. m. in πρ., ubi Stp. Th. huc spectat sine Vs.

ἔνθα ἡ β.) Consilium primarium nova molientium. Ita Sylla, Marius, Caesar, Augustus, dominatum sibi paraverant. *Boecl.* Ubi *imper. lar est fam.*, i. ubi imperii est sedes. Alia mens videtur esse Pompeiano 1, 6, (14. m.) ἐκεῖ τε ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ. *Leisn.* v. N. ad 1, 6, (8.) *Stroth.*

Ad quem locum Noster sane hic respicit leviter mutando, Bg. ducente partim cum Sch. „ἑστ. lar *imperii*, aula" e P., qui libere addit pron. iterum, sed Leisn. notante ad m. Ox. „v. Ind. Flor. in *sedes* belli" quem et ipse notaram, ubi haec „sedes *belli*, pro loco, ubi geritur, — imperii *Roma*, — Sic ap. Herodi. Severo Imp. appellatur Roma ἡ β. ἑστ." cf. Ind. Suet. Burm. et G. Th. v. *domicilium* „imperii *orbis terrarum* Nep. 25, 3, 3. i. Roma" ad quem cf. N. et Ind., ut tamen h. l. nihil existimem esse aliud, quam 1, 6, 8., atque adeo sedem imperatoris, et locum, ubi hic proprie est, et esse solet ac debet, cf. 1, 15, 17. m. 2, 3, 1. Ind. Gem. Pl. „ἑστία, sedes regni s. imperii" sed in textu p. 3. m. πολλῶν ἐρυμάτων καὶ πόλεων — κυριεύων, ὧν ἑστίαν καὶ μητρόπολιν συνέβαινεν εἶναι τὴν Ἀλικαρνασσόν, sed G. Th. „*lar*, — in primis domus uniuscuiusque, qui dr. *lar familiaris* Cato R. R."

κἀκ. ὁρμ.) Secundum proverbium, *a* lare *incipe*, i. e. a domesticis et familiaribus initium sume, v. 3, 15, (8.) *Leisn.*

Quae potius prosint ibi, quam hic, ubi non de caede aliave tali re agitur, sed de bello, et de urbe occupanda principe, ut, inde initio facto, et hoc quasi ὁρμητηρίῳ constituto, facilius sit, reliquas urbes et terras occupare et sibi subiicere; quod velle sibi videntur, quae sequuntur, τὰ λ. εὐμ. δ., P. quidem omittente ista κἀκ. ὁρμ., non item Sch. in „ὁρμ. properantes *inde*, s. *prodeuntes*" qua notione physica, ut 3, 2, 19., ceperis sane et hic, pro *inde* impetum *facientes*, s. *excurrentes*; sicut et cum Sch. alii reddunt alibi, cf. Bud. C. 1003, 38., ad Thuc. 184, 10. 240, 60. 409, 39. add. 59, 14. 67, 84. 96, 9. οὐκ ἀπὸ τοσῶνδε ὁρμώμενοι, *quamvis* a tantis *nequaquam* initiis *orsi* et *progressi sunt*, 142, 24. ὃς ὁρμώμενος ἐκ Ναυπάκτου, qui *ex* belli *sede*, quam *Naupacti* habebat, *proficiscens*, et paulo post iterum, 161, 90. ἐκ τῶν Ὀδρυσῶν ὁρμώμενος, ab *Odrysis* initio *ducto*, 220, 46. ἐξ αὐτῆς ὁρμώμενοι, illinc *erumpentes*, 226, 68. 239, i. μὴ ἐξ αὐτοῦ ὁρμώμενοί ποτε, ne *illinc*, ut ex belli sede, *excurrentes*, Schol. ὁρμητηρίῳ χρώμενοι, 242, 41. ὅθεν ὁρμώμενοι, 268, 34. 273, 24. 281, 29., ubi leg., ut 227, 32. ὅθεν πὲρ ὡρμ., Abr. Dl. p. 154. e. 297. e. 825. i. Heyn. ad Epict. 42. p. 165. et Cas. ad Polb. T. 1. p. 818. e Liv. *ad oppugnandam Uticam omnes belli vires convertit*, *eam* deinde, *si* cepisset, *sedem* ad *caetera* exsequenda *habiturus*; non variante Bg. in κἀκ. cum 1, 16, 12. c., sed in sq. v. δ. faciente cum Sch., partim e P., credo, pro conficere et exsequi, ignorante Stp. Th. hoc Lat., at Bg.

„διοικήσομεν[a], θείαις τε προῤῥήσεσι πιστεύοντες, καὶ τῇ τῶν ὑμετέρων[b] ἀνδρείᾳ ὅπλων τε καὶ σωμάτων. „Τοιαῦτα εἰπόντα τὸν Σεβῆρον εὐφημήσαντες οἱ στρατιῶται, καλοῦντες Σεβαστὸν καὶ Περτίνακα, πᾶσαν

pediemus, cum deorum oraculis confidentes, tum virtuti noſtrorum armorum ac cor-
19. *porum.* Talia locutum Severum fauſtis acclamationibus excipientes milites, appellantes Auguſtum et Pertina-

a) Sic Stp. rel., ſed A. al. διοικήσωμεν, v. N., ut de κάκ. quarundam ſine iota 1, 16, 12. e. b) Ms. Ba. ἡμετ. v. N.

cum P. et Mss. tacite in fut. conſentiente pro edd. quarundam aor., qui ad pr. φθασ. referatur, a quo et per operarum errorem ortus fuerit.

θείαις) Id in partem aut certe ſpeciem conſilii praeſidiique venit. Ita ap. Tac. 2. h. 82, 6. *ſufficere videbantur adverſus Vitellium pars copiarum, et dux Mucianus* et *Veſpaſiani* nomen, *ac nihil* arduum *fatis*; quod poſtremum membrum magna et opportuna gravitate caeteris ſubtextum *fiduciam ex ominibus et prodigiis et reſponſis conceptam*, notat. *Boecl.*

Sch. in θ. „πρ. oraculis, πρ. praedictionibus ſ. oraculis *divinis* credere" ſed Bg. e P. per gen. ſyn., ignorante Stp. Th., cf. tamen Ael. V. h. 8, 1. m. ἑπόμενος τῇ θείᾳ προῤῥήσει, *ſecutus* divinam *allocutionem*, ſed Sb. Ind. e Zoſ. 2, 36, 1. πρόῤῥησις ἐκ θεῶν, *vaticinium*, immo *praedictum divinum* ſ. *praedictum deorum*, ſumenda praepoſitione in periphraſi adi. aut nudi gen., i. q. ib. §. ſq. χρησμῶν, (pro quo Noſter 2, 9, 4. variat hic,) it. §. 3., ubi et τὸ λόγιον, cf. ib. cap. ſq. §. 7. ſqq. et 2, 46, 3. πολλαῖς — πρ. πεπεισμένος, multis *praedictionibus*, quo in Lat. ap. G. Th. eſt Gr. n., de quo cf. Foeſ. Diod. S. 1, 59. l. 25. it. p. 144. l. 25. Dem. Dion. H. S. T. 2. et Luc. cum Heſy.

τῶν ὑμετ.) Leg. ἡμετ. *Reisk.* ut Leisn. ad Ms. Bg. „l. ἡμετ. pro ὑμ." Hic quidem in prima perſ. v. διοικ., communi illa exercitui cum imperatore dicente, tolerari poteſt Ms. Ba. ἡμ., cui tamen non addicunt rel. Mss., nec P.; ut contra feretur vulg., ſi διοικ. de duce et oratore potiſſimum ſumatur, in quem per ſe convenit aeque, ac in exercitum, tum ἀνδρ. ὅπλ. i. intrepidus animus et cupidus utendi pugnandique armis, cum peritia et adſuetudine tractandorum armorum, unde animi fortitudo facilius declarari poteſt, tum ἀνδρ. σωμ. i. robur, duritia adverſus labores et eorum tolerantia, cf. cap. ſq. §. 2. ſq. 2, 14, 3. 3, 6, 21. ſq. 3, 8, 14., etiam proceritas, cf. Spart. p. 632. i. *ipſe — ingens*, ſi reſpici putes §. pr. σωμ. μεγ. καὶ πον. ἀσκ., tenente G. Th. modo Lat. P. in v. *arma* 452, 90. ex Ovid. *viribus* armorum *uti*, ſine explic., it. in *fortia — arma*, i. fortia facta belli ſ. bellica, vel arma, quae geruntur et adhibentur fortiter et cum animi fortitudine; nihil praebentibus etiam Stp. Th. et Indd., praeter Sb. e Iul. „ἀ. τοῦ σωμ. *virile* corporis *robur*" ſed Vs. ad latus ſimpl. *corporis robur*, et Lat. Liv. Ern. *virtus navium.*

Σεβ. καὶ Π.) v. ſupra. *Stroth.* §. 2. cf. de Bg. 2, 3, 6., hic e P., et 2, 8, 9. e., quocum variatur hic per v. καλ., ubi Bg. e P., qui nec ipſe copulam agnoſcens, tamen pr. particip. εὐφ. reſolvit in tempus finitum, ubi aut τε excidit intra ſimiles ſyllabas τες et Σε, aut cumulata ſunt iterum

ἐνεδείκνυντο c προθυμίαν καὶ σπουδήν.	cem, summam prae se ferebant promtitudinem summumque studium.
Ὁ δὲ Σεβῆρος, μηδένα διδοὺς καιρὸν ἀναβολῆς, συ-	At Severus nullum relinquens locum cunctationi, va-

c) Mss. tres διεδείκνυντο λ. v. N.

particip., nisi quis particip. καλ. velit pendere a pr., et in notione modi per *dum* resolvere, ut prius per hoc explicetur; quanquam alibi separantur et distinguuntur res istae, ut 2, 3, 6., ubi disertum τὲ quoque, cf. numos binos, sic olim notatos mihi, nescio, unde „Imp. Caes. L. Sep. Sev. Pert. Aug. — L. Sept. Sev. Pert. Aug. Imp. X."

ἐνεδεικν.) Cod. διεδεικν. perperam. *Stroth.* Alio comp. iam 2, 5, 8. e. idem Gr. tentarat Ms. Glossator, hic offensus, credo, repetitione v. mox sq. cap. §. 3. e., et, nisi lapsum sumas in praep., per litteras maiusculas non dissimillimas, substituens vulgato rarius, quod Stp. Th. tantum semel e Plut. habet, cui add. Ind. Plut. Hs. Sb. e Xiph. Ael. V. h. Aesch. ep. S., tacentibus rel., cf. 2, 5, 8. e. in Lat. Bg., hic e m. Stp., qui in Th., post Bg. phrasin aliunde, hinc improbat P., hunc tamen proferens ib. 3, 946. F. cum simili loco Cic., non item alicuius Gr., qualem habet L. N. T. Schw. p. 479. e. ἐμάχοντο, πᾶσαν εὐτολμίαν καὶ προθ. ἐνδεικνύμενοι ex Dion. H. S. T. 1. 306, 33. per liberam Vs. *audaciae* alacritatis *que*, pro quo Noster dedit aliud subst. simul, cf. Ind. Luc. πρ. πᾶσαν ἐπεδεικν. et Dem., cui add. 93, 2. 133, 25., ubi et syn. παρέχεσθαι προθ., v. Ind., ut πρ. ap. Stp. Th. aliunde cum adi. π., quod, deserto P., Bg. repetit ob diversum sexum subst., cf. 2, 9, 17. e., et Lat. in πρ., ignotum Stp. Th., sed sequioris aevi ap. G. Th. et sine Gr., commodum nostratibus, *Bereitwilligkeit* und *Neigung*, ut σπ. hic sumatur pro cupiditate.

μηδ. διδ. κ.) Compara hanc strenuitatem ad eventum valde efficacem cum Nigri cessatione et ignavia 2, 8, (16. it. 2, 9, 3. et 3, 4, 15.) *Boecl.* Gloss. ἄνευ ἀναβολῆς, sine *dilatione*, sine *procrastinatione*. Tulit huius celeritatis fructus Severus, ut Niger cunctationis poenas 3, 4, 15. Norat Severus, dubitando et dies prolatando magnas opportunitates corrumpi, facto, non consulto, in talibus periculis opus esse, ut Sall. ait b. Cat. 43, (3.) Hinc merito magnum bonum in celeritate ponebat, ut idem loquitur. *Leisn.*

Ib. §. 4. e., sed hic, P. deserto, Sch. in ἀν. „procrastinationi *nullum* tempus *dans*" cf. de Bg. Lat. ad καιρ. 1, 17, 16. e., hic ut suppleas ad v. διδ. pron. aliquem casum pers., ut αὐτοῖς, τοῖς στρατιώταις, s. αὐτῷ, sibi *ipse*; propter illud Lat. ad καιρ. fortassis deferente Bg. etiam in v. διδ. (pro concedere, cf. Ind. R. Or. V. 7. Is. 8. And. et Xen. 'Ανβ.) severum Lat. eiusdem notionis, cf. G. Th. 240, 10. sqq. „cuius *igitur* audita *virtus* dubitationis *locum* non *daret*? Cic. — Liv. 25, 40. *sed* nullum *neque* locum, *neque* tempus *cunctationi* consilio *ve* dedit *Mutinis*" e quorum primo loco etiam firmatur Nostri casus gen., quem in dat. effert Bg. ob v. suum Lat., unde hic forte scribitur, cum Indd. Gr. praebuerint simile nihil.

σκευάσασθαί τε αὐτοὺς [d] ὡς ἔνι μάλιστα εὐτελέστατα, ἐκέ- | sa colligere eos quam expeditissime iubet, atque Ro-

d) Cum Stp. selegimus hanc distinctionem, pro al. post ἔνι aut μάλ. commate, v. N.

εὐτελεσ.) Legendum invitis libris omnibus εὐσταλέστατα, *expeditissime.* Nam illud quidem εὐτελ., *vilissime*, alienum ineptumque est. *Fab.* Bg. legit cum F. εὐσταλ., quomodo et P. videtur legisse. *Leisn.*

Qui et ad Ms. Bg. „legit ergo cum F. εὐσταλ." et in m. Ox. ponebat F. coniecturam cum numero p. 115., ubi 3, 8, 9. e. τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον εὐσταλοῦς τε καὶ ἑτοίμου λ., sed Sch. „σ. *armari* quam *expeditissime*, (e P.) *vasa colligere* quam *vilissime*, ὡς ἔ. μ., *quantum* maxime *poterat*, ἔνι μ. εὐτ., *ut* fieri *posset*, quam *exped.* εὐτ. adv. *vilissime*, expeditissime *armari*" Sb. Ind. in εὐτ. tacente, sed in ὡς vulg. retinente, ut et in „σ. *vas. colligere* quam *vilissime* s. *exped.*" etiam Abr. Dl. Th. p. 646. i., tum Stp. Th. 1, 1133. B. m. v. ἐν. sine Vs. at 3, 1384. e. „P. εὐτ. ap. H. vertit *expeditissime*" p. 849. in v. σ. non huc spectante, sed post phrasin Bg. afferente sine Vs. e Xen. Paed. l. 5. ὅσα δ' ἂν κουφότερον συσκευαζώμεθα καὶ εὐτελέστερον, e Bud. C. 1325, 47., ed. Th. T. I. p. 298. m., *quanto* quidem *levius* et *vilius* nos *oneraverimus*, Z. 5, 3, 35. Ind. „ε. *commeatum* viliorem *secum ferre*" et iterum in v. σ., quo sensu per se convenit militibus Severi his, duriter ac parce vivendo iam ante adsuetis, cf. 2, 10, 10., et res intelligi potest sic, ut collegerint in humeros aut saccos perasque cibum et parcum, (non, ut saepe, plus dimidiati mensis, aut totius,) et vero etiam vilem, buccellatum illum panem, tum et utensilia pauca, cf. Lips. de milit. Rom. 5, 11. Op. T. 3. p. 286. e. sqq., ut de victu quidem tenui mox ap. Nostrum §. 3., sed alio praeterea ap. Lips. l. l. 5, 16. p. 323., ubi p. sq. huc accommodes de Scipione ap. Appianum, καὶ σκεῦος οὐκ ἐξῆν ἐς δίαιταν ἔχειν οὐδενὶ, πλὴν ὀβελοῦ καὶ χύτρας χαλκῆς, καὶ ἐκπώματος ἑνὸς, *et vasum non licuit militi ullum habere ad victum, praeter veru*, et *ollam aeneam*, *et poculum unum*; qua parsimonia nunc imperata, iter sane potuit fieri celerius, ut onere comitante leviori. Hactenus constabit sibi lectio vulg., et maxime per Xen. locum illum, quem libenter Noster imitatur; ut contra cum v. σ. non habui notatum Fabri adv., quod sensum modo hunc edit, iussos esse milites, ut quam celerrime colligerent res quisque suas in sarcinas, in quibus rebus fuere, quae proprie vasa dicuntur, ut e Lips. meminimus, sed ut et victus deinde sub eodem nomine ac v. σ. comprehendatur, ut recte Stp. Th. habuit, cf. Bud. C. Ind. et 795, 22. 810. i., sed et arma, quo P. respexit, cf. Ind. Xen. Hell. Ἀνβ. Bach. Gem. Pl. Chr. Gs. Vig. cum R. Or. V. 6. 8. Din. et Lyc. V. 9. p. 488. m. Dem. Diod. S. Luc. et Suid. cum Thuc. 7, 74. i., qui locus et ipse pro lect. vulg. valeat, sed ad adv. εὐτ. cf. Ind. Ael. V. h. et Heyn. Epict. Sed Sb. Ind. ex alio Nostri loco „ὡς ἔνι μάλιστα, i. ἐνῆν" notionem praes. pro impf. recte innuens, non item forte copulans cum formula hac adv. μ., quod aeque ad sq. superlat. εὐτ. retuleris, ut cum eo vidimus alibi, quo sine ubi est, potest etiam ad alterum trahi v., quod cum ὡς ἔ. adest; quanquam in hoc discrepant Editores et Intpp., breviores interdum cum Bg., pro *quam liceret*, maxime *tenuissime*, pro quo deinde syn. *posset* posueris, ap. G. Th. cum *quam* et *quantum* modo repertum cum uno adv., v. g. *maxime*, aut alio, non cum dupl. simul,

λευσε [e], τήν τε εἰς τὴν Ῥώμην ἔξοδον ἐπήγγειλε, νομάς τε αὐτοῖς διδοὺς καὶ ἐφόδια [f], τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. συντόνῳ δὲ

mam versus iter edicit. donaque ipsis distribuens ac viatica, iter capessit: con- 2. citata autem festinatio-

e) Ms. Ba. colon, ut Ox., at punctum in A. al., quae distinctiones sunt et mox post ἐπ., ut nominatim in Stp. colon, quo forte respicit et Ms. Bg.
f) Ms. Ba. ἐφόδια τῆς ὁδοιπορίας, εἴχετο. σ., per distinctionem pravam, ut mox post εἰχ. in Ox. et Ed. colon cum Ms. Bg.

quanquam per se μάλιστα et Lat. *maxime* cum superlat. procedit, cf. 2, 9, 18., et in Gr. formulam ὡς ἐν. Hes. 2, 1597. e., non coll. Suid. 3, 458. m. 2, 769. m. it. ad Ael. V. h. 1, 32. m. N. 10. Ind. Xen. M. S. v. ἐν. it. Luc. cum 3, 90. N. 72. et 1, 190. l. 5. Dion. H. S. T. 1. v. ἔνι et ἐνῆν, sed, sine alio adv. simul, Abr. Dl. Th. p. 645. e. sq., ubi et cum comparativo, tum Zos. 4, 52, 2. cum positivo ὡς ἐ. μ. δεόντως αὐτὰς διετίθεσαν, quam *maxime* fieri *posset*, sed sine Ind. Dem. sine μ. syn. ὅπως ἔνι 101, 14. 137, 10., cf. supra 1, 7, 4. e. ad ὡς οἷόντε λ., haud dubie amplexo Bg. novum Gr. Fabr., quod et ap. G. Th. in Bg. Lat., ut per se facile lapsus incidere potuit in τε et στ litteris, et P. libere iterum agere; quanquam et aliquid in Fabri rem colligetur forte e sq., ubi separatim ἐφόδια ponuntur, quae iam insunt in vulg. lect. εὐτελ.

τήν τε) Variatur cum 1, 6, 23., sed cum 2, 10, 13. e., praeter novum subst., in artic. cum subst. expresso, ubi Bg. similiter, quoad praep., servans hic rel. e P., etiam Stp. Th. 2, 1168. B. in ἐξ. it. Dres. de V. med. p. 272. i. Mox severior Bg. per omnia, quam P., e quo tantum servat Lat. in δ., ap. G. Th. saltem cum compos. διαδίδωμι, sed in νομ. Stp. Th. tenet nec Bg. Lat., nec formulam Nostri, nec mihi alibi repertam, sed subst. νομ. pro pastu etc., praeter L. N. T., in Ind. Xen. Bach. Ἀνβ. Cyr. Aesch. ep. S. Ael. V. h. et Fa. Aes., pro depastione Polb. cum Suid., tum sensu medico ap. Foes., denique pro partitione, vel absolute, praeter Hes., non coll. Suid., etiam in Ind. Dem. et Luc., vel cum gen. aliquo ib., at R. Or. V. 4. cum χρημάτων nominatim, quem diserte infra ap. Nostr. additum, hic suppleam, quo et simul spectat Stp. Th. 4, 1510. E. extr. „dicit idem et simpliciter νομὰς, sine gen. χρημ. pro eodem" ubi peculiari ratione Noster ponit antecedens pro conseq., et id, quod in distributione inest, respiciens Lat. formulam *dona* alicui *dare*, v. G. Th., ibidemque *donativum* militi *donare*, de pecunia ut h. l. etiam ob adiunctum ἐφ. capiat, variando cum 1, 5, 2. χρημ. διανεμ. et ἐπιδόσει.

τῆς ὁδ. εἰχ.) P. deserit etiam Sch. „ὁ. itineri *incumbebat*, ἔχεσθαι ὁδοῦ, *intentum* esse *itineri*, s. *continuare* iter" hoc e §. sq. e., ubi variat Noster per syn. subst., comparante haec loca etiam Sb. Ind., sed sine Vs., quae hinc datur ad Vig. ab Hoog. p. 249. b. m. „summa festinatione *itineri* se *accingit*" aliis forte melius sine notione hac secundaria sumentibus nobiscum v. ἐχ. med. tropico sensu, ut nostratium *sich an* etwas *halten*, et pro Lat. Sch. aliove simili, tacentibus lib. de V. med., v., praeter L. N. T. it. Obs. Krb. Loesn. Kypk., quoque Foes. p. 157. a. e. et Hes. 1, 1476. i. 1560. e. Suid. 1, 930. e., ad Luc. 3, 469. N. 30. Hemst. ad Ar. Plut. p. 472. Plat. Men. Gottl. p. 41. N. 81. cum Ind., Bergl. ad Alc. 1, 1. p. 6. e. Palm. Ex. p. 746. Ind. Xen. Ἀνβ. Hell. Bach. cum N. Cyr. et Z. Pol. cum

σπουδῇ καὶ γενναίοις πόνοις τὴν ὁδὸν ἐπετάχυνε[g], μήτε που ἐπιδιατρίβων, μήτε διδοὺς καιρὸν

ne et ingentibus laboribus iter accelerabat, neque usquam commorans, neque con-

g) Ms. Ba. ἐπετάχυνεν· οὔτέ που ἐνδιατρίβων λ., quae extr. novitas etiam est in Mss. rel., v. N., ut in accentu cum Stp. μήτέ που conspirant al. ed.

N., Thuc. cum Abr. Dl. Herdt. Dem. Is. Pan. M. Ael. V. h. Dion. H. S. T. utr. Diod. S. Polb. Luc. Plut. Hs. Harl. Chr. Gr., et, quoad ellipsin praep. ἐκ, rel., L. Bos. p. 490. e. D'Orv. Ch. p. 195. e. et Ind. Fi. Aesch., tum Zos. 1, 40, 2. ὁδοιπ. εἴχετο, iter *persequens*, sine artic. tantum, 1, 4, 3. εἰχ. τῆς — ὁδοῦ, itinere *contendit*, 1, 54, 5. *contendit*, quae una reperi, sed e Nostro ducta et ipsa fortasse, qui ad analog. scripserit aliorum in ἐχ. med. cum gen. rei, nec Stp. Th. tenente, nisi e Nostro 1, 1322. i. sine numeris et Vs. „ἐχ. τῆς ὁδοῦ et τῆς ὁδοιπ. quod quidem interp. *capessere* viam, (quo Lat. et redduntur loca Hom. Ind. a Cl., sed 2, 1163. D. m. hinc sine numeris,) τ. ὁ. εἰχ., pro quo aliquando dicit τ. ὁδοῦ εἰχ., *intendebat* susceptum *iter*" ignorante G. Th. formulam Bg. e Stp. m.

ἐπεταχ.) Ms. additum ν ἐφ., sed mutata simul neg., a Glossatoris ingenio est, cum semel per errorem positum ν nollet iterum tollere, aut alius, ν ἐφ. reperiens, sequente μ. consonante, non id rectum putaret; liberius iterum agente P., quem Sch. deserit in „σπ. iter *maturabat* studio *concitato*, ὁδ. iter *accelerabat*, ἐπ. *accelerabat*, urgebat, *iter*" quae postr. sunt et ap. Stp. Th. hinc in v., sed per eandem rectionem et cum acc. modo e Plut., cf. tamen cum simili τὸν δρόμον Abr. Dl. Th. et cum al. Ind. Dion. H. S. T. 2., ut T. 1. absolute, sed cum gen. τῆς ὁδοῦ Thuc. Schol. cum Abr. l. l., pendente utr. casu a praep., aut minus, ut redundet praep., ut in severo Bg. Lat., (ap. G. Th. cum Gr. al., sed eadem cum formula) partim e Stp. m., qui ib. in σπ. ad sensum, sed in Th. hinc „acri *diligentia*, s. *contenta* festinatione" cf. Bud. C. 904, 18. Poll. 3, 120. *intentus*, (ubi G. Th. syn. ἔντονος,) 4, 78. *continuus*, Hes. σύντονον, σφοδρὸν, — συνεχὲς, cum N., Suid. 3, 365. e., nec mihi reperto adi. cum subst. σπ., sed cum al., v. Dion. H. S. T. 1. Polb. cum Z. ad Vig., Diod. S. 1, 429. N. 86. et 2, 183. N. 1. Ern. ad Call. T. 1. p. 337. m. Toup. ad Suid. 1, 138. i. Phil. in Fl. p. 760. D. coll. 750. F. i. Zos. 4, 35, 12., ut absolute Ind. Xen. Pol. Z. Ael. V. h. Abr. L. Ar. et in rem criticam Foes. p. 361. a. m. ad Hes. 1, 1422. N. 16. ad Suid. 3, 587. N. 3. et Kust. ad Schol. Arist. Pl. v. 257. it. Valck. ad Eur. Hipp. v. 1361., variante Nostro cum 1, 7, 3., μετὰ νεανικῆς σπ. per syn. abl. et adi.

μήτε π. ἐπιδιατρ.) Cod. ἐνδιατρ. *Stroth.* e glossa mera in compos. alio iterum, et per contrariam praep., ac 2, 5, 8. e., idque vel ex aliis Nostri locis, vel substituto v. magis frequenti et vulgari, cum ἐνδ., praeter Stp. Th. et Poss. Call., it. Hes., non coll. Suid., Misc. O. A. Nov. T. 6. p. 506., sit physice in Ind. Thuc. cum Abr. Dl. R. Or. V. 4. et Dem. Xen. Cyr. Diod. S. Dion. Cas. Geop. Luc. una cum 2, 8. N. 47. et 3, 191. N. 36., tropice Polb., at ἐπιδ. in Sb. Ind. hinc modo, *immorans*, sed ap. Stp. Th. „i. q. ἐνδ., immoror, tempus tero in; aliis interquiesco. Herodot. μήτέ που ἐπιδιατρίβω, nec ullibi tempus terens, s. moram trahens et interquiescens" ut Lex. Bas. „interquiesco, tero tempus,

ἀναπαύλης, εἰ μὴ τοσοῦτον, cedens ſpatium requieſcendi, ὅσον [h] ὀλίγον τοὺς ϛρατιώτας niſi quo milites paululum re-ἀναπνεύσαντας ἔχεσθαι τῆς ſpirantes, itineri mox inſta-

h) Ms. Ba. ὅσον τοὺς ϛρ. ὀλίγον ἀναπν. λ. v. N.

Herodot. μήτε πού ἐπιδ." qui locus non eſt in Ind. Herodt., ſed potius hinc, confuſo iterum nomine proprio, utque illa altera notio *interquieſcendi* ab h. l. aliena ſit ob ſq. adiunctum, orta illa fortaſſis e P. contracta hic oratione, nec repetita in L. Ern. „tempus tero, moram traho in aliqua re" aut aliquo loco; ubi reſpicitur ellipſis ſubſt τὸν χρόνον, cf. 1, 11, 15. e. ad ſimpl. δ., quocum Noſter per comp. variet, uſus peculiari verbo, niſi aliis, praeter me, aliunde producatur, ſed quod habeat locum tum ab analogia aliorum, ſimiliter conflatorum e dupl. pr ἐπὶ et διὰ, tum vero et hinc, quod v. c. ap. Dem. reperias διατρίβειν ἐπί τινι, e qua formula per ſe praep. poteſt cum v. copulari ipſo, ubi Bg. Lat., it. Stp. ap. G. Th. modo cum Grr. affinibus διατρ. et συνδ., et Sch. „tempus terens, *commorans* aliquantiſper alicubi, (in adv.) μ. π. neque *alicubi*" ignorante Stp. Th. Lat. Bg. in adv.

μήτε δ.δ.) Paulo ante μηδ. διδ. καιρ. ἀναβολῆς, 3, 2, 1. μηδὲν ῥαθυμίᾳ, μηδ' ἀναπαύλῃ νέμων, Liv. 25, 40. *Leisn.*

Quem Liv. locum iam adhibui ad §. 1. i., hic comparans potius Lat. viciniora ap. G. Th. in ſubſt. *tempora — quieti* dare *parva*, ſed in Bg. ſub notione pro *tempore* 507, 8. 35. quantum *in hac* acie *quotidiani* muneris *ſpatii* nobis *datur*, ſed nil in v. Bg., nec illud, *longa* quieſcendi *tempora* fata *dabunt*, quo ſyn. gen. particip. ne opus quidem erat Bg., cum et §. 1. caſum dat. praeoptaſſet, ut Sch. „κ. pati requieſcere, ἀ. *reſpirationis* tempus *concedens*" quo in ſubſt. Stp. Th. tenet formulam modo ex alio Noſtri loco, cf. Ind. Thuc. et N. ad Thom. M. p. 58. it. Liban. ep. p. 32. e.

ὅσον ὀλ.) Ms. alius ordo iterum e gloſſa eſt, ut adi. ὀλ. monſtretur pertinere ad v., et pro adv. poſitum eſſe, per ellipſin praep. κατὰ, ſ. πρὸς, ſ. ἐπὶ, ut Sch. „neutr. adv. *paulum*" et Bg. diſerte eodem ordine e Stp. m., ad perſpicuitatem modo, cum Noſter ſaepe ordinem turbet ipſe et adv. divellat a ſuis v., quod malim hic, quam exquiſitum illud, ut ὀλ. adi. poſt pron. ὅσ. ſtet, proprie praeponendum ad pr. membrum et ſubſt., pro καιρὸν ὀλίγον τοσοῦτον, quanquam vel ſic ὅσον erit cum inf., ſive per enallagen temporum, ſive per ellipſin v. ſubſt., h. l. impf. ἦν, idque pro ἐξῆν, *licebat*, cf. L. Boſ. Ell. p. 336. e. 420. e. Hoog. Op. p. 1277. Nr. 7., ad Luc. 1, 739. N. 2. Rs. Or. V. 4. p. 1021. e. Stp. Th. aliunde, Poſſ. Call. p. 694. i. Ind. Xen. Pol. et Cyr. Z. cum Ael. V. h. et N. ad 13, 2. i., ubi et ante ὅσ. expletur κατὰ recte, cf. Thuc. 199, 1., variante Noſtro cum 1, 6, 1. e. pro ὅσ. cum finito temp., ſed Bg., e m. Stp., qui, omiſſo τοσ. pron., contrahit in pron. relat. ſolum, cum et alibi ὅσος per ὅς reddat, in ſq. libere addens e m. Stp. eodem adv. temporis ad ἐχ. τ. ὁδ., ad quae Leisn. in m. Ms. Bg. „ἐ. τ. ὁ. *feſtinare*, Vig. p. 199." quo de §. pr., ut Sch. in „ἀν. *eos*, qui *reſpirarunt* a nimia itineris contentione" partim e P., qui ſupplementis iſtis ſenſum v. Gr. exprimebat, ſed et forte ellipſin ſubſt. e pr. τῆς ὁδοῦ, it. τῶν πόνων, quales gen. et alibi diſerte adduntur, cf. Stp. Th. aliunde, qui aliis Lat. for-

ὁδοῦ. ἐκοινώνει δὲ τῶν καμάτων αὐτοῖς, σκηνῇ τε χρώμενος εὐτελεῖ, καὶ σιτία καὶ ποτὰ προσφερόμενος, ὅσα καὶ πᾶσιν ὑπάρχειν ἠπίστατο[i], οὐδαμοῦ δὲ τρυφὴν ἐνεδείκνυτο βασιλικήν. ὅθεν καὶ μείζονα παρὰ τῶν συ-

3. rent. Communiter autem
cum ipsis laborabat, taberna-
culo utens vili, cibumque ac
potum capiens, quem etiam
omnibus in promtu esse sciebat.
nusquam vero luxum ostenta-
4. bat imperatorium. unde et

i) Hoc comma in B. 1., pro al. puncto, it. colo Stp. rel., unde res Bg. iterum.

mulis tropum v. resolvit, cf. 2, 1, 8., hic pro vires corporis recipere, sed ut particip. resolvatur potius per copulam, quam per Sch. pron., *nisi* tantum, *quo*, s. *quoad* milites *paululum* respirarent *et* deinde *iterum* persequerentur *iter*, s. per particulam, *nisi* tantum, *quoad* milites, *ubi* s. *postquam* respirassent, *iter persequerentur*.

ἐκοινώνει) P. deserto, formulam Gr. tractat Bg. hic, ut v. cum gen. rei mutet in adv. cum notione verbi, et in aliud v. e notione subst., denique dat. pers. adiuvet per praep. σὺν, ignorante hanc rationem Stp. Th., ut tamen et hic licuerit severum, *participabat* autem *labores* cum *ipsis*, pro quo mox variatur §. sq. per v. privum συμπ., hic ut commodius sit nostratibus, *partiebatur* autem *labores* cum *ipsis*; etiam hic scribente Nostro tantum ad analog. in v. rectione, dans verbo vulgato gen. hunc rei de suo, ut mox v. χρ. iungens subst. suum, etiam huic suum adi., ut v. προσφ. affinia saltem subst., cf. Stp. Th. 4, 117. C. m. aliunde Ind. Ael. V. h., nominatim σῖτον R. Or. V. 4. Xen. Cyr. Z. et de V. med. Kust. p. 24. m. Cas. ad Athen. 2, 622., cf. et Foes. cum Xen. M. S., ubi Bg. cum P. numerum deserit et vim v. med., ut Stp. Th. in subst. „ap. Plut. σιτία προσάγεσθαι, pro eo, quod Xen. σῖτα προσφέρεσθαι, capere s. sumere cibum. — σ. dicuntur etiam, quae militibus in cibum dantur, annona, commeatus" aliunde, negans antea, σ. sing. numero usurpatum se reperisse, qui est ap. G. Th. in Bg. Lat. et in Ind. Luc., ut copulata nostra ap. Sb. aliunde, cf. Fi. Aesch. et Herdt., ubi et illa formula Bg. σῖτα αἱρεῖσθαι, Dem. et Ael. V. h. In rel. ap. Sch. „ἠπ. *noverat*, ὑπ. habere *omnes*" deserto P. etiam, ubi Bg. formula (par privis v. *esse* et *adesse*, quae et sufficiebant,) non est ap. Stp. Th., nec explicata ap. G. Th. istis nostris, aut formula hac, *ad* manus *esse*, et h. l. in tentorio s. pera; in adi. πᾶσ. liberiore P., qui hic sunt milites tantum, sed Bg. severius, quam 1, 2, 5., καὶ servante post ὅσ. e P., qui liberius suppleverat pron. demonstr. ταῦτα s. ταυτὰ, et mox, δὲ oppresso, finitum v. tempus mutarat in particip., unde Bg. modo retinuit Lat. in v. ἐνεδ. cum Sch., qui et istius subst. duo pro uno repetit in „τρ. *luxuriam* s. *delicias* imperii *ostentare*" non bene gen. subst. syn. hic adhibito pro adi. β., cf. 2, 4, 18. e., Mss. hic nihil novantibus, cf. 2, 10, 19. e., sed nobis post ἠπις. comma potius deligentibus, quia arctius sq. membrum cohaeret, et modo continet oppositum pr. σιτ. κ. ποτ. it. σκην., atque adeo τρυφὴν, hoc est, victum et supellectilem cum tentorio delicatiorem et meliorem, propriumque imperatori

στρατιωτῶν [k] εὔνοιαν ἐπιστώσατο [l]. οὐ γὰρ μόνον αὐτὸν συμ- | maioris militum benevolentiae certus erat. non enim folum

k) Ms. Schotti τῶν στρατιωτῶν, itemque Pol. *Sylb.* v. N. l) In Ms. Ven. ἐκτήσατο, fed in marg. γράφε: ἐπιστώσατο. *Zan.* v. N.

τῶν συστρατ.) Cod. Schotti στρατιωτῶν, quod non multum attinet notasfe, cum accommodatius fit, quod in noftro legitur, et paulo blandius fonet, ut illud Caefaris *commilitones. Oxon.* Schotti Cod. στρατ., quod minus placet. *Stroth.*

Simplex illud pro compof. in Schott. Ms., etiam in P. cum Bg. comparens, gloffa fuerit e comparatione aliorum locorum, maxime cum fq. membro, ubi Nofter variat, cf. 4, 14, 8., ubi P. contra *commilito* pro textus στρ., quo fimpl. utitur et Thuc. pro compof., v. c. 2, 89. i. et 7, 61. i., potuitque offendi librarius in comp., quafi non ita bono, cf. tamen 1, 5, 8.

ἐπιστωσ.) Ven. ἐκτήσατο, quae eft librarii interpretatio, neque tamen recta. τὸ κτήσασθαι enim iam praeceſſerat, nunc vero de confirmanda militum fide ac benevolentia erga fe, fermo eft. Et in marg. Veneti notatum eft ἐπιστώσατο. Obvenit autem hoc verbum h. l. fignificatu raro alias obvio. Alias enim *facere*, aut *rem quandam credibilem reddere* fignificat. Sic, ut reliqua taceam, bis iungitur ab Herodiano εὐνοίας voci, l. 4. c. 11. (§. 1.) δώροις καὶ ὅρκοις τὴν εὔνοιαν πιστουμένου, *donis* regi Parthorum fuam erga ipfum *benevolentiam* credibilem *reddit*, f. *fidem ei facit*, et in hoc ipfo libro c. 9. (§. 18., ubi v. N.) de eodem Severo dicitur, πιστώσασθαι εὔνοιαν ἱκανώτατος, fidem facere *fuae* erga *alios* benevolentiae *aptiffimus*. Oppianus hoc verbo pro πιστεύειν uti videtur Κυνηγ. 3, 355. τίς ἂν τάδε πιστώσαιτο; quis *enim* haec *crediderit*? fcilicet, Favonium effe parentem Tigridis, quod H. Stp. in Th. vertendum putat, *quis* enim *haec* affirmare *aufit*? qui contra in altero loco Κυν. 3, 417. idem v. pro *certo fcire*, aut *compertum habere* accipit, ubi Ichneumon dr. Crocodilum obfervare, εἰσόκε τοι βαθὺν ὕπνον ἐπὶ φρεσὶ πιστώσηται. Et quanquam fatendum eft, utramque fignificationem fuo quamque loco bene convenire huic verbo: tamen magis placet illa, quae una in utroque loco convenit, quam et Schneiderus V. Cl. in verfione fua fervavit. Unde corrigendus eft Stp. Eft etiam aliquando *fidem* mutuo *dare*, ut in illo Hom. Il. 6, 233. χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιστώσαντο, ubi Schol. πίστεις ἐποιήσαντο ἀλλήλοις. Pofitum autem videtur in noftro loco pro βεβαιοῦν, *firmare*, *firmum reddere fibi*, aut πιστὸν ποιεῖν, ita, ut apte conveniat vernaculum illud, *wodurch er fich ihrer* Zuneigung *noch* mehr *verficherte.* Pertinere huc quoque videtur locus a Suida allatus, τὸν δὲ ὁ Σωσίβιος διὰ πλειόνων λόγων πιστωσάμενος, καὶ παρασκευάσας εὔνουν ἑαυτῷ. Et ita quoque Herodiano fcribendum fuiffet, qui duorum verborum fignificatus per unicum expreffit, concreto εὔνους in abftractum εὔνοια mutato; ut fit *benevolentiam militum* fibi *magis* fidam *reddere*, pofitum pro *milites* fibi *magis* benevolos *ac* fidos *reddere*. Denique μείζονα pro μᾶλλον pofitum eft ut l. 1. c. 10. (§. 8.) πάσης ἐλπίδος μεῖζον ἦν προχωρήσαντα. *Stroth.*

Dabimus primo, quae olim ad h. l. fcripta fuerunt a nobis, Strothianis non diffimilia. „Eft haec mera gloffa multo difficilioris vulgati, ducta illa, ut videtur, e 6, 8, 5. εὔνοιαν πολλὴν παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐκτή-

πονοῦντα, ἀλλὰ καὶ τῶν καμά- ipſum una laborantem, ſed et των ἄρχοντα οἱ ϛρατιῶται αἰ- labores inchoantem milites re- δούμενοι, μετὰ προθυμίας πάν- veriti, alacriter omnia facie-

σατο, cf. hoc noſtro cap. §. 13. e. ὡς ἂν κτήσαιτο τὴν εὔνοιαν αὐτῶν, cui verbo reſpondent ad ſenſum alia, et ipſa ap. Noſtrum uſitata, ut τὴν εὔνοιαν οἰκειοῦσθαι, etc. Sed h. l. lectio vulg. tenenda eſt, non modo, quod eadem eſt 2, 9, 18. m. et 4, 11, 1. m., verum etiam propterea, quia πιϛοῦσθαι τὴν εὔν. non videtur ſimpliciter eſſe i. q. κτᾶσθαι τὴν εὔν., ſed βεβαιοῦν τὴν εὔν., quod et ipſum habetur 1, 6, 19., ſ. in med. βεβαιοῦσθαι τὴν εὔν., cf. ex Heſy. ad 2, 9, 18. Et hoc ſenſu etiam accepit Bg., multo ille hic diligentior, quam P. Si quis autem iſtud verbum vulg. cum Ms. Gloſſatore capere malit propter adiectum μείζονα, qui comparativus convenire magis videatur cum verbis *parare*, conciliare *ſibi*, etc.: cum eo non pugnem; quanquam a noſtris partibus ſtet cum uſus illius v. πιϛ., et, quod ſciam, perpetua *firmandi* et *confirmandi* ſignificatio, tum illud etiam, quod comparativi ſaepe amittunt ſuam vim propriam, et ponuntur pro poſitivis, v. Rsk. ad Anth. Gr. p. 213. m. et ad Aeſch. Or. V. 3. p. 459. e. it. Fi. The. Ind. v. καινὸς m., quam obſervationem Bremerus in ſuo Ind. omiſit, forte, quod ſciret dubiam illam ap. quosdam, v. Abr. Dl. Th. p. 280. i. ad c. 9. it. Koen. ad Greg. p. 46. N. 79." Quibus nunc quidem addimus, primo ad Oppian. locum, videri et ibi valere propriam vim v. π., pro *quis haecce firmet*, demonſtret, perſuadeat *aliis?* tum ad noſtrum locum, nihil ferre Sch., quam in v. π. P. Lat. et in μειζ. ſolum *benevolentiam*, quo de pro poſitivo cf. 1, 10, 7., ad cuius §. ſq. ſumſimus ſane etiam μεῖζον pro adv., etiam μείζω, cuius non contractam formam hic μείζονα Strothus ſimiliter explicabat, ſed ut forte adiectivo manere poſſit vis e notione Bg. in v. πιϛ., quae non eſt quidem reperienda ap. Bud. C. et Stp. Th., nec in L. Ern., ſed nec abhorrens a v. principe notione, ad quam facile revoces ſic, *ſibi* fidem *fecit*, ſpectante huc Sb. Ind. tantum in ἐπιϛ. „μεγίϛην παρὰ τ. ϛρ. εὔν. ſic 505, 16. „comparato ita 2, 9, 18., et compar. μειζ. pro ſuperlat. accepto, quod et ipſum praeſidium interpretandi (alibi ſolenne, v. Fi. ad Well. p. 302. e. it. ad Plat. Phaedo. p. 59. N. 3. Abr. Dl. Th. p. 514. e. et Lect. Ar. p. 284., ad Vig. p. 66. N. 84. et Ind. Xen. Cyr. Z. Lat. v. *comparat.*) tamen h. l. vim v. πιϛ. propriam deſeret, cum *maximam* benevolentiam *ſibi firmare* ſit potius hoc, ut quis benevolentiam maximam, quam habet iam ap. aliquem, ſtabiliat ac roboret, qua de *maxima* benevolentia tamen in prioribus nondum dictum erat, quae demum parabatur communione laborum et rerum vilium; quae et cadunt in ſententiam illam, ſi quis μειζ. per poſitivum explicet, ut ſit *magnam* benevolentiam *ſibi firmare*, quae et ipſa iam adeſſe debet, ſi ſit confirmanda; quae *magna* benevolentia tamen e prioribus non eſt ita dubia, ut *maxima*; ut, praeter Bg. expoſitionem, magis inclinem in enallagen illam comparativi pro poſitivo, quam in Sb. partes.

συμπονοῦντα) Libertatem P. variam deſerente Bg., Noſter opprimit pron. αὐτοῖς ſ. αὑτοῖς ad v. συμπ., quod ap. Stp. Th. cum Lat. Bg. ſine auctore, cf. Poll. 5, 85. *collaborare*, ap. G. Th. ſine Gr. et bona auctoritate, Ind. Dem. Xen. Cyr. Z. et Luc. cum Suid. 2, 650. i., nihil ferentibus Stp. et G. Th. ad τῶν κ. ἀρχ., ubi Noſter ad analog. ſaltem ſcripſe-

τα ἔπραττον. ὁ δὲ, τὴν Παιονίαν διαδραμὼν, ἐπέστη τοῖς τῆς Ἰταλίας ὅροις [m], καὶ, τὴν Φήμην

bant. Is autem quum Pannoniam permeaſſet, adſtitit in Italiae finibus: ac famam prae-

m) Comma hoc in B. 1. cum Pat., pro puncto al. vel colo Stp. rel. cum Ms. Bg.

ſit, it. in ſq. formula μ. πρ. ἐπρ., ubi Bg. de more, cum licuiſſet ſevere *cum alacritate*, quia et contrarium *ſine alacritate* ap. G. Th., ut Noſter in neutro π., cum referatur ad pr. maſc. τῶν καμ., et ad labores omnes militares tantum ſit revocandum, ſyneſin admittit quandam.

μετὰ πρ.) Eo ſcilicet eventu effectuque imperatoriae virtutis, quem Leo demonſtrat in Tacticis 20, 111. νήφειν ὀφείλεις καὶ λίαν ὑπάρχειν ἐγρήγορος, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων στρατιωτῶν, καὶ πολεμικῶν μετέχειν πόνων, ὦ στρατηγὲ, ὀλίγου δὲ τοῦ κέρδους. οὕτως γὰρ καὶ τὴν παρὰ πάντων εὔνοιαν μετὰ δόξης κτήσῃ, καὶ φιλούμενος ὑπ' αὐτῶν συναγωνιζομένους σοὶ προθύμως (Noſtri μετὰ προθυμίας) ἐν τοῖς κινδύνοις ἕξεις, *ſobrius eſto, imperator, et vigilans, multumque laboris tolerantior, quam caeteri milites, lucroque minime deditus. Nam ita ap. omnes benevolentiam tibi pariter et gloriam comparabis, fietque, ut promtiſſimos habeas ad pericula, qui te diligunt.* ὃν τινα γὰρ ἄνθρωποι φιλοῦσιν αὐτομάτῳ διανοίας ἐμπτώσει, τούτῳ ταχὺ μὲν ἐπιτάττοντι πείθονται, λέγοντι δὲ οὐκ ἀπιστοῦσι, κινδυνεύοντι δὲ συναγωνίζονται, *quem enim homines ſpontanea animi propenſione diligunt, illi, ſi quid imperet, ſtatim obediunt, ſi quid dicat, credunt, et, ſi quid periclitetur, propugnatores adſunt*, ſicut Onoſandri verba habent in ſtrat. c. 1. *Boecl.*

διαδραμὼν) Variante Noſtro cum 1, 7, 3. per adiunctum, ſeverius hic, etiam, quam P., reddit Bg., cuius Lat. ignorat Stp. Th., et Gs. habet cum affinibus Grr. „διαβαδίζω, διαπορεύομαι, tranſire" in ſq. ἐπ. P. deferente etiam Sch. „*venit* ad *fines* Italiae, *attigit* eos" nec hic Stp. Th. tenente Lat. Bg., quod (ap. G. Th. cum affini ſaltem παρίστημι in v. *aſtare* et *aſiſtere*) prodit, eum cepiſſe v. ſine ſecundaria notione, nec pro *ſubito* aut *improviſo* adeſſe, quae ſunt demum in ſqq., ubi partim e P., dum Sch., in adv. ἐκ. ſine Vs. reſpiciens ad 2, 9, 15., (quocum variatur, omiſſo ſubſt. ἀνθρώποις, latente hic in pr. nomine terrae τῆς Ἰταλ., ut intelligantur Itali,) reddit in „ὤφ. *conſpectus eſt* coram *illis*, τοῖς — *eius* loci *incolis*, ἠκ. *auditus eſt*, (tamen errat in) παρὼν — προτ. praeveniens" cum hoc adv. cohaereat potius cum v. ὤφ., e P. omittente Bg non quidem ſubſt. βασ., ſed formulam τοῖς ἐκ. (olim reſtituendam per *illic hominibus*,) et per alium ordinem ponente illud παρ., quod cum v. ὤφ. ignorant Stp. Th. et Indd., habens forte aliquid abundantiae e Lat. illis ap. G. Th. 1245, 73. ſqq. *quia* tu *ipſus* coram *praeſens* praeſentem *vides*, et *coram — cernere*, cum proprie conſpiciantur oculis corporis non niſi praeſentes res ac perſ. Sed indulſit hic Noſter fortaſſis etiam compari, apponens παρ. ad ὤφ., ut reſponderet membro ſq., ubi Bg. ad ἠκ., ut in ſyn. πυθ. 2, 1, 14., cui verbo datum nominativum participii, poſt verbum ſenſuum, neſciunt Stp. Th. Poſſ. Sy. p. 200. e. et Indd., ubi modo paſſ. eſt ſimpliciter, v. Thuc. Luc. et Long. Mor. cum L. N. T. Fi., ſequente Noſtro forſan analogiam tantum, (ubi Bg. ſeverior, quam P. cf. 2, 9, 6. i.) ſed iterum abundantiam aliquam in formula τὴν φημ. φθ. cum ſq. explicatione, ap. Stp. Th. 4, 134. i. ſub Lat. Bg. e Noſtro ſine numeris re

φθάσας, πρότερον ὤφθη τοῖς ἐκεῖσε παρὼν βασιλεὺς, ἢ ἀφιξόμενος ἠκούσθη. δέος τὲ μέγα τὰς Ἰταλιώτιδας πόλεις κατελάμβανε, πυνθανομένας τοσαύ-

veniens, prius coram conspectus est ut imperator, quam 6. adventurus intelligeretur. metusque magnus Italicas civitates invasit, inaudientes tan-

perta, ſed p. 55. G. e. hinc cum Bg., nec aliunde, ut ipſe modo tenui ap. G. Th. in v. Bg. cum Gr. n. „Liv. *praevenerat* non *fama* ſolum —, *ſed* nuntius *etiam*" cum hic dicatur de perſ. et *aliquis* praevenire *famam*, i. prius venire aliquo, quam aliquid de eo nuncietur in locum quendam et ad homines aliquos, cf. 1, 9, 20. i. et ſimile quid ap. Stp. Th. 1, 15. A. e. „Xen. Hellen. 6. ὁ δὲ πρότερον ὀφθεὶς, ἢ ἀγγελθεὶς, ὅποι πορεύοιτο" quod, non mihi ib. repertum, Noſter imitatus fuerit cum variatione, cum Bg., fere e P., vertente v. ἀφιξ. etiam Gs. ad Luc. 1, 342. l. 66., non vero Stp. Th., cuius loca cum pr. εἰς potius ſuadeant notionem ſimpl.

δέος τε) Noſter hic primo variat in δ. μ. cum 2, 3, 13. per ſyn. formulam in adi. ſ. in aiente ac neg. adi. et per unum modo ſubſt., tum copulat δ. et μ. cum Thuc., cf. Stp. Th., ubi P. iterum τὲ pro δὴ, ut 2, 6, 1, m., melius Bg. ſervante notionem vulg., nec cum eo addente adi. πάσας, nec formulam in τὰς Ἰτ. π. mutante in gen. ſyn., ut nec Sch. in „Ἰτ. Italas *civ.*" quanquam et hic variat Noſter cum §. pr. τοῖς τῆς Ἰτ. δρ., ubi ſine auctore Stp. Th. reddit cum Sch., qui, praeter πυνθ. e P. cum Bg., in „κ *invadebat* met. *civ.*" ſeveriori tempore, quam Bg. e P., quod Lat. (ap. G. Th. modo cum ſyn. ſubſt. 1207, 10. tantus *omnes* terror *invaſerat*,) tenet quoque Stp. Th., non item formulam, ex analog. factam, cf. ſyn. λαμβάνει μὲ δέος e Plat. ap. Stp. Th. 2, 554. D., et viciniorem ſimul illi Lat. Bg. Ind. Luc. δέος οὐ μικρόν μοι ἐπέρχεται, it. Ael. V. h. τὸ δ. αὐτοὺς κατέσχεν.

τοσαύτην) Leg. aut τοσαύτης ἔφοδον στρατιᾶς, aut τοσούτου ἔφ. στρατοῦ. *Reisk.* Mallem τοσούτου, ut ſtatim §. 10. μετὰ τοσούτου στρατοῦ. *Ged.*

Sch. in „ἔφ. adventum *exercitus*" ſed in στρ. cum P., qui videatur etiam legiſſe τοσούτου, *tanto* conſpecto *exercitu*, quanquam libere reddens, omiſſo ſubſt. ἔφ., unde non illo equidem nitar; tenente lectionem vulg. cum libris omnibus et Bg. et Stp. Th., clam e P., 2, 1172. F. in ἔφ. „de acceſſu ſ. adventu hoſtis magno adhuc intervallo diſtantis, ap. Herodi. l. 2. π. τ. ἔ. στρ., *tantum* adventare *exercitum*, cui non diſſimilis quidam ex Thuc. paulo ante citatus locus" dum reſpicit, opinor, C. ἰδὼν τῆς βασιλέως στρατιᾶς τὴν κατὰ θάλασσαν ἔφοδον εὐπορωτέραν τῆς κατὰ γῆν οὔσης, qui locus Noſtro ſimilis eſt modo in ἔφ. cum gen. ſyn. τῆς στρατιᾶς, quem et Rsk. proponebat violentius, cum lenior unius pron. eſſet correctio, confuſis facile ου et ην ſyllabis iterum, cf. 1, 10, 15. m. ad δεσποτ., quo ſane et ego inclino, quia obſcurior et infinita nimis ſententia eſt in τοσ., ad ἔφ. relato, cum magnitudo adventus ſ. incurſionis non ita facile aeſtimari intelligique poſſit, ut numerus magnus exercitus, proprieque magna incurſio dicatur vehemens, violenta, noxam faciens magnam; quae tamen non in ſqq. traduntur; niſi quis cogitet, quae ſolemus in his Vernaculis, v. c. *ein* groſser, ein ſtarker *Anzug* ſ. *Anmarſch* von *Kriegsheer*, i. e. magnum et latum exercitum accedentem

τὴν ἔφοδον στρατοῦ. οἱ γὰρ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἄνθρωποι, ὅπλων καὶ πολέμων πάλαι ἀπηλλαγμένοι, γεωργίᾳ καὶ εἰρήνῃ προσεῖχον. ἐς ὅσον μὲν

tam incursionem exercitus.
Nam homines in Italia armis
ac bellis dudum soluti, agri-
culturae in pace intenti
7. erant. Etenim quamdiu

Spartianus in Sev. 16. (p. 616 c.) postea demum ad participatum imperii admissum alterum e filiis memorat, nempe posquam Severus emeruisset nomen Parthici, *Ob hoc etiam* filium eius *Bassianum* Antoninum, *qui* Caesar *appellatus* iam fuerat, *annum* XIII agentem, *participem* imperii *dixerunt* milites. *Getam* quoque *minorem* filium *Caesarem* dixerunt: *eundem* Antoninum, *ut* plerique *in litteras* tradunt, *appellantes.* Ad quae verba Casaubonus annotat: „factum hoc esse quinto, vel, ut alii, sexto imperii Severi anno: ab eo tempore duos numerari coepisse Augustos, Severum patrem et Antoninum filium. deinde accessisse tertium, minorem filium Getam: quem, multo ante Caesarem appellatum, Augustum nuncuparit Severus, octavum annum imperans, vel ad summum nonum. Atque haec, inquit, illa est imperii *triplex virtus*, hi illi *tot Augusti*, quos laudat Tertullianus in florida de Pallio. nimis enim errant, qui aliter illum locum interpretantur. Nobis nullum unquam fuit dubium, quin ille liber a Tertulliano fuerit scriptus multo post confecta civilia bella, Severo et duobus filiis imperantibus." Apparebit ex sqq., cur integram Casauboni notam adscripserimus. Iacobus enim Gutherius in erudito de offic. dom. Aug. Commentario l. 1. c. 40. negat, *Getam usquam Augustum et imperii consortem factum, nisi post mortem Severi*, id que ex Fastis Consularibus et veteribus numis adstruit; adeo que verba Tertulliani de Pall. c. 23. *et triplex imperii virtus, Deo tot Augustis in unum favente*, non de Severo, Bassiano et Geta, sed de Severo ita accipit, *quod Albinum, Nigrum et Iulianum superaverit. Vere*, inquit, *triplici virtuti Severi tribuitur, qui tres imperium asserentes, sua virtute profligavit, tot Augustis in unum favente deo, quod est, dei benignitate tot devictis Augustis, in unum Severum potestate imperii redacta.* Firmat dicta auctoritate Herodiani, qui itidem eo nomine Severum admiratur, *ἕνα ἄνδρα τρεῖς καθελόντα βασιλέας, ἤδη κρατοῦντας*, sicut supra c. 7. huius libri legimus. Verbo dicam, totus orationis genius repugnat huic explicationi, quae nimis *περιέργως* quaerit sensum in verbis, quem non invenit. Quis *triplicem imperii virtutem* Latine diceret, quia unus tres devicit? Phrasis ipsa in contrarium nititur, neque nisi obtorto collo huc converti potest. Iam quid est, *deus favet tot Augustis in unum*? An ullus artifex poterit exsculpere, *tot Augustorum vim in unum transfert?* Quomodo ergo illis favet deus, si uni dat, quod illis ademit? Nonne res et locutio tota reluctantur? Quod ad Herodianum attinet, locus hic est consideratu dignissimus. Phrasis vera est, *κοινωνοὺς τῆς βασ. καὶ αὐτ. ἀποδεικνύναι.* Interim si proprie capimus: nec cum tempore, nec cum caeteris scriptoribus conveniet. Spartianus c. 14. (p. 612. i.) de hoc tempore, quo Severus ante bellum Parthicum in urbe moratus est, hoc tantum refert: quod *Caesarem* Bassianum filium suum Antoninum a senatu appellari iussit, decretis imperatoriis *insignibus*, de quibus supra dictum est, item que (p. sq. i.)

quod *Getae* minori filio togam virilem *dederit*, et mox quod *filios consules designaverit.* Quae hauddubie illuc spectant omnia, ut filios ad rudimenta et auspicia imperii proferret. Et si quis laxius capere Herodiani locum vellet: res confecta esset. Certe de proposito hoc studio que Severi iam antea c. 5. huius libri praedixerat, quod voluerit nimirum *πᾶσαν τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων εἰς ἑαυτὸν καὶ τοὺς παῖδας μεταγαγεῖν καὶ βεβαιῶσαι. Boecl.*

Quibus adiungimus e Vol. aliquo Leisn. haec alius scriptoris, a quo distinximus inserta ab ipso Leisn. per uncos. „Non videntur hunc locum attendisse, qui Bassianum post expeditionem Parthicam demum A. U. C. 951. post C. N. 198. nomen Caesaris a Severo obtinuisse; Getam vero demum A. U. C. 956. p. C. N. 203. Caesarem dictum Saturnino et Gallo Coss., ab Severo porro A. U. C. 957. p. C. N. 204. ludos saeculares octavos celebratos fuisse scribunt. (Non igitur simul Bassianus et Geta Caesares declarati, ut Herodianus tradit.) Herodianus enim res Severi ita narrat, quasi Caesares filios dixisset non modo ante expeditionem Parthicam, verum etiam post ludos saeculares. Atrenos quidem Parthos que bello tentare Severus voluerat, victo Nigro: sed mutata sententia, hoc consilii in aliud tempus reiecit Herodi. 3, 5, 2. Musgrave in Severianae Domus Aug. synopsi chronol. p. 120. A. U. C. 951. p. C. N. 198. Bassianus apud Viminatium in superiori Moesia Caesaris nomen obtinuit a Severo. In Camdeni quadam Inscriptione dicitur Caes. Destinatus. In numis hoc anno percussis et a Mediobarbo recitatis Severus ob nuperas in oriente victorias appellatur *Parthicus*, *Arabicus*, *Adiabenicus:* unde falsi Spartianus in Severo arguitur, eo quod Severum *Parthicum* nomen respuisse, tradiderit. Pagi A. U. C. 952. p. C. N. 199. Bassiano Caesaris nomen a Senatu ratum est. Porro imperator hoc anno *destinatus* est, itaque nuncupatus: ut ex inscriptione patet ap. Scalig. ad Euseb. p. 128. Praeterea hoc anno Tribunitia potestas a Severo data est Caracallae in Galliis. A. U. C. 956. p. C. N. 203. Tribunitia potestas Caracallae decreto senatus confirmata est. Severus Romae dedit quinquennalia: ad Lugdunum cum Albino Caesare pugnavit, eum que XI Cal. Martii, ut Spartian. in Sev. testatur, vicit. Caracallam Augustum dixit, Getam Caesarem. Saturnino et Gallo Coss. (De hac re loqui Herodianus videtur 3, 9, 1.) A. U. C. 957. p. C. N. 204. Severus ludos saeculares octavos celebravit: et honoris participes filios fecit. Unde in numo Getae inter filios, ara in illorum medio posita, sacrificat pater. De his ludis Zosimus 2. Patinus in numis Domitiani p. 219.

A. U. C. 961. p. C. N. 208. Baronius Getam Augustum nominari scribit: quocum Ant. Pagi consentit, ob decennalia imperii Augustei Caracallae, hoc anno celebrata; quum annis huiusmodi solemniis addictis (quae illius regula est) novi Caesares aut Augusti creari solerent. Sed inscriptione in Episcopi Elwensis Inscriptionum antiquarum sylloge ap. Musgrave p. 37. contrarium evincitur: et regulae Paginae fides in dubium venit. Interim hoc anno imperii Caesarei Getae decennalia celebrabantur.

A. U. C. 962. p. N. C. 209. Severus Bassianum et Getam, ut a Romae deliciis abduceret, et vitae militari adsuefceret, una cum exercitu duxit in Britanniam, ubi et post Albini interitum motus erant civiles.

A. U. C. 964. p. N. C. 211. Severus arthritide extinctus Eboraci est. Eodem anno Apotheosis Severi: et Geta occisus.

A. U. C. 969. p. N. C. 216. Caracalla, ut provinciis placeret, simul que pecuniam ex illis corrogaret, legem tulit, qua in orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt. D. de statu hominis l. 17.

A. U. C. 970. p. N. C. 217. Caracalla a quodam Martiale, quem affecerat iniuria, Carras inter et Edessam in Mesopotamia, alvi inaniendae satagens, inter faeces et urinam confossus est 6. Idus Apriles. Natus est die octava Aprilis, A. p. C. N. 188. vixit annos 29. regnavit annos 6. menses binos."

Denique accedant, quae ipsi scripseramus e Fabr. ad Dion. p. 1263. §. 53. „Fallitur Herodianus 3, 9, 1., qui utrumque filium iam ante expeditionem Parthicam κοινωνοὺς τῆς βασ. καὶ αὐτ. a Severo dictos tradit" post quae addit „filius nempe maior M. Aurelius Antoninus nunc primum A. U. C. 951. circa hiemem particeps imperii factus est, si Spartianum sequimur." Sed idem Fabr. ib. p. 1272. §. 11. „Noli hinc conficere, iam tum, vivente Plautiano, Getam quoque Augustum fuisse et consortem imperii, quemadmodum Herodi. 3, 9, 1., sed falso, ambos filios iam ante expeditionem Parthicam κοινων. τῆς βασ. καὶ αὐτ. a Severo dictos scribit." Deinde docet tria haec, 1) an. U. C. 951. Antoninum Augustum, Getam tantum Caesarem dictum esse, 2) Getam vero Augustum et participem imperii factum esse demum decennio post, 3) Getam tamen factum esse Augustum vivo adhuc patre. Unde Noster vix purgabitur a vitio neglecti temporis. Caeterum ad locum Tertull. p. 41. e. tacet Salmasius.

3, 9, 6.
τὰς Ἄτρας λ.

Iam supra (3, 1, 4.) monui, nihil de hac urbe aut gente exstare ap. vetustiores scriptores. Xiphilinus eandem rem narrat, urbem vero τὰ Ἄτρα appellat, quae varietas in nominibus urbium haud insolita est. Stephanus Byz. autem in eo quidem cum nostro consentit, quod urbem Ἄτραι appellat, sed ait sitam fuisse eandem inter Euphratem ac Tigrim, allegat que testimonium Arriani ex 17 Parthicorum. Meminit praeterea urbis cuiusdam, quam Ἀτρήνην appellat, in quo errasse eum puto. Nam sicuti aliae regiones sub ea caeli parte nominibus insigniebantur in ηνη exeuntibus, Ἀδιαβηνὴ, Ὀσροηνὴ, Σιτακηνὴ, Μελιτηνὴ, Κομμαγηνὴ etc. ita Ἀτρηνὴν dictam puto illam regionem, quae erat circa Ἄτρας. Neque minus in eo falsus est Steph., quod urbem Mesopotamiae adscribit, ac dicit eam inter Euphratem et Tigrim sitam esse. Namque eam Arabiae urbem fuisse, Severum que cum exercitu usque in hanc regionem pervenisse, non solum ex Herodiani et Xiph. testimonio apparet, sed etiam ex *Arabici* cognomine, quod ipsi inditum fuisse, cum Ael. Spartianus in Sev. c. 10. tum etiam Nummi testantur. Atras autem, haud procul a sinu Persico abfuisse puto. Etiam Traianum hanc urbem frustra oppugnasse, Amm. Marcellinus testatur l. 25. cuius verba adscribo: *prope* Hatram *venimus*, vetus *oppidum* in *media* solitudine *positum*, olim *que desertum, quod eruendum adorti temporibus variis Traianus et Severus principes bellicosi, cum exercitibus pene deleti sunt.* Idem Dio Cassius in Traiano et ex eo Xiphilinus narrat, in quo tamen Ἀγαρηνοῖς mutandum videtur in Ἀτρηνοῖς. Sic autem scribit: μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τὴν Ἀραβίαν ἦλθε, καὶ τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἀφειστήκεισαν. καὶ ἔστι μὲν οὔτε μεγάλη οὔτε εὐδαίμων ἡ πόλις· ἥ τε πέριξ χώρα ἔρημος ἐπὶ πλεῖστον ἐστι, καὶ οὔθ' ὕδωρ, ὅτι μὴ βραχὺ, καὶ τοῦτο δυσχερὲς, οὔτε ξύλον *) ἴσχει. —

οὔτε γὰρ ὑπὸ Τραιάνου τότε, οὔτε ὑπὸ Σεβήρου ὕστερον ἥλω, καίτοι καὶ καταβαλόντων μέρη τινὰ τοῦ τείχους αὐτῆς. Ex ultimis verbis luculentiſſime patet, Dionem de eadem urbe ac regione loqui, de qua ipſi in Severo et noſtro h. l. ſermo eſt. Quare neque de urbe quadam Ἀγάρα in India ſita, neque de Ἀγάῤῥα Perſidis civitate, quarum meminit Ptolemaeus, cogitandum; ſed potius, cum poſtea ipſe Dio in Severo gentem Atrenos appellet, et in hoc loco pro falſa lectione, Ἀτρηνοῖς reſtituendum eſt. Sed Ἀτρηνοὶ quoque Ἀτροὶ appellati videntur. Niſi enim omnia me fallunt, de iisdem loquitur Bardeſanes ap. Euſeb. Praep. Ev. l. 6. c. 10. ἐν Ἀτροῖς, ὁ κλέπτων τι ὀβολοῦ ἄξιον λιθάζεται. Notiſſimum certe eſt, maiorem nusquam in veterum ſcriptis deprehendi varietatem quam in ſcribendis urbium et regionum, praeſertim vero orientalium nominibus, quae vario modo quisque ad ſuam linguam transformare ſolebat. Quare etiam vero haud abſimile eſt, Atrenos eosdem fuiſſe cum Atramitis quorum mentio fit ap. Plin. hiſt. N. 12, 14. ac Steph. Byz. alios que ſcriptores. Certe quod Plinius ait, totam regionem montibus incluſam, ac ipſum regionis caput in excelſa rupe poſitum fuiſſe, quod que Dionyſius Perieg. de ea dicit — οἷς ἐπὶ γαῖα Χατραμὶς ἐνναίει κατενάντια Περσίδος αἴης, cum Herodiani deſcriptione egregie convenit. Chatramitae autem ab Hatramitis ſ. Atramitis, quorum urbem Geographus Nubienſis Hadramuth appellat, non diverſi fuere. Sed de his ante omnes videndi Salmaſius Plin. Exercit. p. m. 347. ſqq. et Bochartus Phaleg. et Can. l. 2. c. 17. ſqq. Caeterum de univerſa hac Severi expeditione legiſſe Xiphilinum neminem poenitebit.

*) Ex hoc loco, qui proverbio ſimilis videtur, forſan confirmari poſſet, coniectura noſtra, quam in Eclogis ad Theocrit. 21, 15. propoſuimus: nempe legendum eſſe Οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ' οὐ χιλὰ κ. λ. *Stroth.*

His accedat ex Cell. n. o. a. 2, 625. prope tota §. 42. „Ammianus l. 25. c. 26. Val. 8., addit ſuperiori Meſopotamiae caſtellum *Ur*, inter Tigrin et Niſibin poſitum, quod nonnulli *Ur Chaldaeorum* credunt eſſe. — Deinde *Hatram*, vetus oppidum, in media poſitum ſolitudine, itidem inter ſuperiorem Tigrin et Niſibin, quod Traianus et Severus diverſis temporibus adorti, cum exercitibus paene deleti fuerint. Situm ipſe ſic Ammianus deſcripſit, quum Tigrin ſuperiorem Iovianus cum exercitu traieciſſet: *properantes itineribus magnis prope* Hatram *venimus* — rel. Hinc aliquot dierum itineribus *ad* Ur *nomine* Perſicum *venere caſtellum*, qui cibos emaciato exercitui adferrent. Tum demum profecti ſunt Niſibin, et inde ad Euphratem. De Traiani obſidione Xiphilinus ex Dione prave: ἐς τὴν Ἀραβίαν ἦλθε καὶ τοῖς Αγαρηνοῖς ἐπεχείρησε, *profectus in Arabiam*, Agarenis *bellum intulit.* Ατρηνοῖς, *Atrenis*, ſ. *Hatrenis* Valeſius ad Ammian. recte legi iubet: quia mox idem ſolitudinis oppidum ab Severo quoque fruſtra dicitur oppugnatum, ubi τὰ Ἄτρα a Dione vocatur, ab Herodi. l. 3. c. 9. αἱ Ἄτραι, i. e. Hatra ſ. Atrae. Et Zonaras p. 216. Severi Atra πόλιν Ἀράβιον, *urbem Arabicam* dixit. Quae cauſa eſt, ut nonnulli, quibuscum et nos olim fecimus, haec Atra ſ. Hatram in Arabia Deſerta poſuerint. Verum rectius in Meſopotamia cum Ammiano ſtatuitur; in qua multae partes, propter incolas Arabes, nomen Arabiae prae ſe ferunt. Et Stephanus in Meſopotamia cenſuit: Ἄτραι πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος, Atrae *urbs inter Euphratem et Tigrin ſita.* Herodianus obſcurus eſt, quia ex Armenia in Atrenos, inde in Adiabenos, deinde in

Arabiam Felicem, et rurſus in Atrenos ducit; ut nihil certi ex ordine itinerum colligi poſſit. Nec clarior Peutingeriana Tabula, in qua *Hatris*, ſexto caſu, ad Tigrem quidem, ſed alieno loco ponitur. Gentile 'Ατρηνοὶ, *Atreni*, ut ſaepe in Herodiani praedicto loco eſt.“

Claudant, quae olim ſcripſimus ad hunc locum. Etiam hanc oppugnationem Dio poſt expeditionem contra Parthos narrat 1264, 6. μετὰ τοῦτο ὁ Σεβῆρος τὴν Μεσοποταμίαν διαβὰς, ἐπειράθη μὲν καὶ τῶν Ἄτρων, οὐ πόῤῥω ὄντων, ἐπέρανε δ' οὐδὲν' ἀλλὰ καὶ τὰ μηχανήματα κατεναύθη, καὶ ϛρατιῶται συχνοὶ μὲν ἀπώλοντο, πάμπολλοι δὲ καὶ ἐτρώθησαν. ἀπανέϛη οὖν ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀνέζευξεν ὁ Σεβῆρος. Quae in rebus quidem conſentanea ſunt Herodiani narrationi, quae ſequitur §. 9. 11. 12., non item temporibus e ratione Dionis. Itaque Fabr. ib. §. 57. iterum culpat Herodianum ſic.“ Conſentit quidem eatenus cum Dione Herodianus 3, 9, 4., quatenus ab Armenis ait converſum in Atrenos Severum eſſe, ſed utramque expeditionem excurſioni in Parthos male praeponit. Nam quid nunc Severus ſecundum Herodianum? Dicit eum, peragrata Meſopotamia et Adiabenorum regione, excurriſſe in Arabiam felicem, — et, expugnatis multis urbibus, Atrenorum regionem ingreſſum, Atra fruſtra obſediſſe, ſed a fortuna ſolatium accepiſſe, cum impoſitus navibus exercitus fortuito ad littus Parthicum appulſu Cteſiphontem ceperit. Proh! quot portenta! quantus ſaltus ex Adiabene, ultra Tigrin ſita, in Arabiam felicem! quantulo minor ex Arabia felice in Atrenen Meſopotamiae! Rurſus ex Atrene, regione deſerta et aquis deſtituta, quomodo navibus in Perſidem? Et unde Herodiano tanta claſſis naſcitur, quae exercitum omnem capiat? Profecto haec eiusmodi ſunt, quae exiſtimationem huius ſcriptoris imminuant.“

In his, quae dicuntur de ſitu urbis et itineris Severiani ordine, illa non videntur ad liquidum perduci poſſe. Sed alterum, quod ad p. 1263. §. 52. Fabricius quoque dicit „ſe neſcire, unde claſſis, aut ubi nata ſit“ id vero ſic componatur, ut Noſter univerſe de exercitu narrarit, cum debuerit duplicem nominare, tum pedeſtrem, tum navalem, ſed id propterea non fecerit, quia tum temporis, quo ſcribebat, res eſſet omnibus nota. Nam Dio tradit diſerte, non modo Severum profectum eſſe partim navibus, partim pedeſtri itinere 1263, 82. ὁ Σεβῆρος — καὶ πλέων τὲ καὶ βαδίζων, ſed etiam, Severi exercitum rediiſſe tum pedibus, tum navigiis p. ſq. 1. καὶ οἱ μὲν αὐτῷ τῶν ϛρατιωτῶν πεζῇ, — οἱ δὲ καὶ ἐπὶ πλοίων ἀνεπορεύθησαν.

Tum idem Fabr. ib. p. 1263. §. 53. Noſtrum culpat, quod aliud quaſi agentem Severum dicat ad Parthos veniſſe, cum tamen deſtinato conſilio id fecerit. Hoc tangit proprie Noſtri illa 3, 9, 14. et ſane pugnat cum Dionis his l. l. lin. 65. μετὰ δὲ ταῦτα ἐϛράτευε κατὰ τῶν Πάρθων.

Denique, cum Dio narrat, Atra a Severo ſecundum eſſe impugnata, ſed iterum fruſtra 1264, 28. ſqq. αὐτὸς δὲ πάλιν ἐπὶ τὰ Ἄτρα ἐϛράτευε, (exponens deinceps, quantopere afflictus ſit in ea oppugnatione exercitus Severi, fere ut Noſter, primo iaculis Atrenorum l. 39. p. ſq. l. 44., dein aliis rebus, ib.) illa oppugnatio duplex etiam placuit Anglis et ipſi Heynio in H. 4, 1050. N. 5.

Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν Βιβλίον τέταρτον [a].

Τὰ μὲν δὴ πραχθέντα Σεβήρῳ, βασιλεύσαντι ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν, ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ δεδήλωται. οἱ δὲ [b] υἱεῖς αὐτοῦ, ἤδη νεανίαι, ἅμα τῇ μητρὶ [c] εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείγοντο, ἤδη μὲν κατὰ τὴν ὁδὸν στασιάζοντες πρὸς ἀλλήλους. οὔτε γὰρ καταγωγαῖς ταῖς αὐταῖς ἐχρῶντο, οὔτε συνειστιῶντο [d] ἀλ-

Herodiani de imperio post Marcum Liber quartus.

Res gestae Severi, imperatoris per octodecim annos, in superiore libro expressae
2. sunt. Porro autem filii eius,
iam adolescentes, una cum
matre Romam festinabant,
iam tum in itinere diffidentes
3. inter se. neque enim diversoriis iisdem utebantur,
neque una vescebantur: mul-

a) Ms. Ba. Ἡρωδιανοῦ, Ἱστοριῶν τετάρτη, minio picta, singularem versum efficiunt. *Mart.* cf. inscriptionem libri pr., quae et in edd. hic ab illa ib. non discrepat. b) al. οἱ δὲ vel οἱ δ' υἱεῖς λ. *Leisn.* in m. Ox. 2., quae cum 1. it. Par. utr. omisit sine animadversione Ern. δὲ, quod cum apostropho fuit in A. al. cf. 2, 12, 2. c) Comma in Ms. Ba., ut mox colon post ἠπειγ. d) συνεσ. Ox. cum Par. 2.

τὰ μ. δ.) Bg. e P. praeter plane oppressa μ. δ., cf. 1, 11, 14., duxit omnia fere sqq., cf. ad τὰ πρ. 2, 15, 13. it. 1, 3, 9., quocum variatur in tempore; assumta pr. ἐν ad casum temporis sextum ἔτεσ., cf. 2, 14, 5. et 3, 15, 7., ut in τῷ πρ. τ. β. 3, 1, 1., quocum variatur per subst. syn., ut a Bg. in sq. δεδ. cum 3, 15, 18. et 2, 1, 1. per Lat. liberius, pro *igitur gesta* quidem *Severo*, qui *regnavit* 18 *annis*, in *priore* libro *declarata sunt*, cf. Polb. 4, 1. i. ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ τὰς αἰτίας ἐδηλώσαμεν, superiore *libro* rel.

ἤδη νεαν) i. e. 21 annos natis maiores. *Stroth.* cf. 3, 13, 14. In pr. δὲ Bg. e P. libere addit alterum adv. *porro*, ut in sq. ἤδη alterum *tum*, sed in ἅμα λ. fere ut 1, 15, 7. m., cf. in formulam κ. τὴν ὁδ. Ind. Luc. v. ὁδ. b. (ubi ex 1, 161. l. 97. καθ' ὁδὸν ἤδη πλησίον ἤκουσα, *in* itinere, *cum* iam *huc viciniae* pervenissem, *accepi*, sed alio sensu ib. v. κατὰ b. m.) cum L. N. F. nominatim Kib. v. κ. Nr. 16. it. Ael. Fa. Hs. sed sine Ind. ap. Dem. 1274, 18. it. supra 2, 12, 2. et 2, 6, 10. m. παρὰ — τὴν ὁδ. ad variandum.

καταγωγαῖς) In hoc fine Vs. Stp. Th. sub Bg. e P. hinc, nihil ferente Ind. Her. it., qui et laudatur a Bud. C. 525, 31. sqq., it. a Suida 2, 253. πανδοχεῖον, cf. Hes. cum N., ad Luc. 2, 562. N. 3. Poll. 9, 39. Ind. Sb. Ael. V. h. Dion. C. Dion. H. S. T. utr., quod iungitur cum v. ἐχρ. per

λήλοις. πολὺ δὲ τὸ [e] ὕποπτον ἐν ἅπασιν [f] ἐδέσμασί τε καὶ πόμασι, μή τις αὐτῶν προλα-

tum que suspicionis, in omni cibo ac potu, ne alteruter

e) πολὺ τὸ δὲ ὕπ. Bs. 2., male inter corrigendum transpositis vocibus.
f) Comma in ed. Bss. al. et mox Ms. Ba. ἐδέσμασί τε εἶχον καὶ πόμασιν λ.

analog. Mox v. συνεσ. tenet Stp. Th. cum syn. Lat. Bg. (deserto P.) sine auctore, quem v. etiam Dem. Ind. absolute, sed cum dat. pers. quoque ap. Luc. Ael. V. h. Dion. H. l. l. T. 1. cum Suid., non coll. ad Hes.

πολὺ δὲ) Ms. Ba. solius novitas duplex est, levior una in adiecto ν ἐφ. ad subst. πομ., sequente consona, cf. 3, 15, 4. 1., sed altera gravior, dum intruditur v. εἶχον, quod esse glossema plura arguunt haec, primum, quod nescitur a Mss. rel. et P., tum quia non facile excidit a vicinia, porro quoniam contra facilis est ellipsis v. subst. ἦν, ab ipso P. et Bg. instituta, et alibi saepe ap. Nostr. alios que obvia, nec durior cum pron. demonstr., ἦν αὐτοῖς, qua medicina cavetur, ne quis putet v. ἦν elapsum intra similes syllabas ον et ἐν, aut post ἅπασιν, qualia debebat potius comminisci Glossator ille perpetuus, non autem hic crassum infercire suum ingenium; reddente Sch. e Sb. Ind. in „ὑπ. *suspicio* magna *circa*" servato adi. et subst., sed Bg. per duo subst. s. diversos casus e P., ut Stp. Th., ubi „frequentissimum ap. Thuc." cuius Ind. tamen modo ad Schol. ostendit loca duo, unum de pers. (cui add. 218, 55.) alterum de neutro post subst., per veros numeros 435, 74. cui add. cum gen. rei ib. 59, 11. τὸ ὕ. τῆς γνώμης, *suam* animi *suspicionem*, praeter quae reperi de pers. ap. Suid., non coll. ad Hes., ap. Phil. absolute p. 757. 1. at cum pr. περὶ p. 759. B., ad Onos. p. 110. N. 1., per Indd. Xen. Ἀνβ. et Bach., Luc. Rs. Or. V. 7. Ant., sine Ind. Dem. 162, 19. 188, 22., sed sequente μὴ etiam ap. Ios. 1, 443. s. 1. e., it. de fem. ap. Eur. Electr. v. 644., ubi et pro subst. in neutr. plur. v. 345., ut de re, pro adi. ib. Herc. fur. v. 1120. Ind. Xen. Cyr. Luc., ubi etiam neutr. pro adv. ex 2, 614. l. 9., peculiari ratione Nostro iungente adi. πολ. cum ὑπ. et hoc cum pr. ἐν. Tum comma edd. quarundam post ἅπασ. faciat, ut absolute stet, tanquam genus, cui subiiciantur deinde formae rerum duae, cf. 3, 12, 21. 3, 14, 18., dum sine commate sumit omnia simul P., perverso ordine, sed recto Bg., cuius comma post Lat. *suspic.* abesse cum possit, ostendit tamen etiam illam rectionem subst. ὑπ. cum μὴ, qualis supra in adi. ap. Ios., sed in v. affini ὑποπτεύειν supra 1, 3, 14., quam rectionem sui verbi hoc ergo subst. retinet quoque, ut alia; copulante Nostro in sq. ἐδ. cum πομ. de suo, ut Stp. Th. cum syn. ποτῷ, cum repererim modo absolute, cf. Hes. cum N. Poll. Ind. cum Hom. Call. Geop. Xen. Bach. Luc. et Hs. Fa. Aes., tenente Stp. Th. ne quidem in πομ. illa N. T., ubi et βρώμασι καὶ πόμασι, quae sunt eadem ap. Xiph. S. 350, 9. in *cibis* et *poculis*, (servato numero, secus ac Bg. e P.) cf. Hes. Suid. Foes. Ind. Diod. S. Luc. et Ael. V. h.

μή τις) Bg. contrahit in unam vocem pron. τις cum gen. pron., secus ac alibi, cf. 2, 5, 14. 1, 4, 17., hic sane ad sensum commode, quia sermo est de duobus tantum, e P., quem deserit rursum in sqq. particip., etiam Sch. in „πρ. antevertens" per Lat. Stp. Th. aliunde, pro quo

βὼν καὶ λαθὼν, ἤ τινας [ff] ἀναπείσας τῶν ὑπηρετῶν, δηλητηρίῳ χρήσηται φαρμάκῳ. ταύτῃ γοῦν καὶ τὴν ὁδοιπορίαν ἔτι μᾶλλον ἤπειγον [g], ἀδεέστερον ἑκάτερος βιώσεσθαι προσδοκῶν, εἰ ἐν τῇ Ῥώμῃ γένοιντο [h], καὶ, τὰ βασίλεια διελόμενοι, ἐν

prior et fallens, aut per impulsos a se ministros, veneno 4. rem gereret. Quocirca et iter adhuc magis accelerabant, tutius uterque victurum se sperans, ubi Romam pervenissent, ac regiâ divisâ in ampla et spatiosa ha-

ff) Sic quoque in ed. Bs. 2. L. al. pro ἤ τινὰς A. Stp. rel. cf. 3, 7, 8. 3, 10, 11. it. 4, 12, 4. v. N. g) Colon in Ms. Ba. h) Iterum colon in Ms. Ba.

Bg. melius ad perspicuitatem, (cf. 2, 15, 3.) quam in sq. λαθ., cf. 1, 9, 18. 3, 14, 19. διελ., at, deserto P., liberius ad sq. membrum, ubi Sch. in „ἀν. *quum* persuasisset *iis*" pro quo malim, *ne quis* ipsorum *prior* et *clam*, aut *quosdam* impellens *ministrorum*, venenum *adhiberet*; ubi sane sensus est, ne quis ipsorum *prior* adhiberet *clam* venenum in alterum vel ipse, vel per ministros; dum Noster dirimit illa duo particip. προλ. et λαθ. per copulam, proprie omittendam, sed P. supplet alterum pron. αὐτὸς, cf. 2, 10, 18., in oppos. oppressum ob iam praecedens αὐτῶν, cf. 1, 9, 18. 1, 2, 10. e., sed in formulam χρ. φαρμ. Luc. 1, 646. l. 34. per analog. saltem.

ταύτῃ γ.) Opprimit γ. Bg. e P., (nisi hic cepit per suum *que* sensu continuandi, cf. 2, 1, 15., valens hic quoque pro *igitur*, cf. 3, 13, 16.) et aeque libere, ac ille reddit pron. τ., cf. 3, 5, 11. 1, 17, 9., sed severius quoque Sch. „ἤπ. urgebant *iter*" variante Bg. pro 3, 15, 8., sed Nostro scribente ad analog. modo, et maxime Lat., cf. G. Th. v. *iter* cum v. Bg. et *properare*, it. in sq. ἀδ. cum v. β., cf. ib. v. *tute*.

ἑκάτερος — προσδοκῶν, εἰ — γένοιντο, — διελόμενοι,) Observa inconstantiam scriptoris, τῷ ἑκάτερος nunc singulari, nunc plurali iungentis. Sic 2, 12, 6. *Leisn.*

Cf. et 2, 12, 10. de synesi, quae iterum copulat diversos numeros cum adi. ἑκ. e genere collectivorum, cum et duo iam sint plures, opprimente P. adi id, et numerum libere in πρ. mutante, sed explente Bg. pron. ἑαυτὸν iterum, cf. in πρ. cum inf. fut. ap. Dem. sine Ind. 70, 14. 71, 3. 11., variante Nostro cum 2, 4, 17. ἐν ἀδείᾳ — βιώσεσθαι, pro formula per syn. adv. Tum Bg. e P. modo in εἰ per syn. (in notione non conditionis, sed temporis, pro quando s. postquam, quas notiones non discernit et diserte profert Stp. Th. et L. Ern. nec Hoog. Op., Vig. nec Ind. aliquis, sed G. Th. v. *si* Nr. 4.) et in γεν. cum pr. ἐν, cf. 2, 2, 11., non item in mutato nomine urbis, cf. 2, 14, 10. 3, 13, 3., nec in libere addito adv., cf. 3, 13, 5., sed partim ad sq. διελ., (pro *regiam partiti* s. *dispartiti*, cf §. 9.) at Sch. ex illo magis „*quum* divisissent *inter* se *regiam*" conservata sic notione med., cum Gs. ad Luc. interdum, it. Ind. Dem., tacentibus lib. de V. med., non item Stp. Th. 1, 192. e., qui et aliunde tenet Lat. Bg. e P. in πολ. 3, 480. G. it. in πλατ. ib. p. 352. E. m. cum P. et simul iterum cum Lat. *spatiosus* D. m., ut iungat

πλατείᾳ καὶ πολλῇ οἰκήσει καὶ πάσης πόλεως μείζονι, καθ' ἑαυτὸν ἑκάτερος διάγοι, ὡς βούλοιτο. ὡς δὲ ἀφίκοντο εἰς τὴν Ῥώμην, ὅ τε[i] δῆμος αὐτοὺς δαφνηφορῶν ὑπεδέξατο[k], ἥ τε σύγκλητος προσηγόρευσεν.

bitatione et quavis urbe maiore, separatim uterque degeret, prout vellet. 5. Ut autem venerunt Romam, populus eos laureatus excepit, senatus que consalutavit.

i) Ms. Ba. ὁ μὲν δημ. v. N. sed ed. P t. οὔτε mendose. k) Colon in Ms. Ba., ut mox post προσηγ. in Ed. Ox. cum Ed.

Noster syn. (forsan e Lat., cf. G. Th. v. *ampl.* 315, 54. 57. magna *et* ampla *pars*, it. „*spatiosus*, — amplum signif. — magna *et* spatiosa *res est sapientia*") etsi fortasse πολλ. hic capi licet de *multiplici*, multas diaetas habente, per quas fugere et latere possent, si impetus fieret in unam, quarum que adeo multitudo deinde facit, ut lata et magna sit domus, i. πλατ., ferente Stp. Th. quoque Lat. Bg. (deserto P.) in subst. οἰκ. aliunde cum notione de loco, cf. Sb. Ind. Luc. et Rs. Or. V. 4.

πάσης πολ.) Legendum videtur καὶ ταῖς πάσης πόλεως, scil. οἰκήσεσι. Sic de amplis et spatiosis aedibus loquitur fere Ovid. Fast. 6, 640. *Disce tamen, veniens aetas, ubi Livia nunc est, Porticus*, immensae *tecta* fuisse *domus*. Urbis *opus* domus *una* fuit, *spatium* que *tenebat*, Quo *brevius* muris *oppida* multa *tenent*. Sermo est Ovidio de superba illa domo Vedii Pollionis, quam defunctus Augusto legavit, v. Neap. ad l. c. Notum et illud: Par *urbi* domus *est*, urbs *orbi*, etc. *Leisn.* Hyperbole. πᾶσα πόλις tamen h. l. non *totam* urbem, ut Pol. perperam accepit, vertens, *maioribus etiam* reliqua *urbe*, sed *quamlibet* urbem denotat. *Stroth.*

Leisn. in m. Ox. „leg. πασῶν τῆς πολ" ubi eadem opus sit ellipsi et repetitione οἰκήσεων, sed Markl. ad Max. Tyr. p. 677. b. i. „sic πάσης πόλει μείζονι, *in* urbe *maiori* quavis *alia*, quemadmodum legi debet ap. Herodi. 4, 1. non πόλεως, quod librarii est et absurdum." Sed toleravit lectionem vulg. etiam Ern., adscribens ad m. Par. 2. „v. Meurs. de luxu Rom." et quoque πασ. sensu illo, quem quoque Strothius vidit, ut palatium imperatorium Romae fuerit maius, quam *urbs* alia *quaevis* extra Romam et per Italiam, cf. Angl. ap. Heyn. H. 4, 1057. e. it de πᾶς pro *omnis alius* s. *omnis reliquus* alibi, it. infra 7, 12, 17. et in Bg. καθ' ἑαυτ. 1, 6, 21. e P., qui libere synesin inducit ad ἑκατ. διαγ. *uterque — agitarent*, non item Sch., qui etiam in βουλ. cum Bg., cf. ad διαγ. 1, 12, 11., cuius compos. ad ὡς, ignoratum a Stp. Th., recte pro simpl. *ut* accipit G. Th.

ἀφίκοντο) P. deserit Bg., cf. 3, 15, 17. et 2, 13, 6. 2, 14, 1. it. in mutato rursus nomine Ῥωμ., cf. §. pr. et in sqq. δημ. λ. 3, 8, 6. 2, 14, 2. 4., ubi Ms. μὲν referatur ad sq. §. δὲ, qui supra quoque tentabat τὲ, v. c. in δὲ 2, 8, 17. m., hic relatum ad sq. ἥ τε, quocum altero tolerabat supra Ms. 2, 8, 6. m. 2, 14, 4., et postr. loco hoc exprimebat quoque Bg., hic e P. omittens iterum, cf. 2, 8, 1.

ἡγοῦντο δ' αὐτοὶ μὲν, τὴν βασίλειον φέροντες πορφύραν [l], εἵποντο [m] δ' ὄπισθεν αὐτοῖς οἱ τὴν [n] ὕπατον ἀρχὴν τότε διέποντες [o], κάλπην [p] φέροντες, ἔνθα ἦν τὰ Σεβήρου λείψανα. οἵ τε προσαγορεύοντες [q] τοὺς νέους

6. ac praeibant ipsi imperatoriam gestantes purpuram, sequebantur autem pone Consules, urnam gestantes, ubi erant Severi re-
7. liquiae. qui ve salutarent novos imperatores, pro-

l) Comma hoc in A. 2. cum Bs. 1. R., pro colo Stp. rel. et puncto A. 1. al. m) εἴπ. Ms. Ba. per lenem mendose. n) τὴν omissum in ed. Bc. 2. vitiose. o) Colon Ms. Ba. cum ed. Pat. p) Ms. Vi. κάλπιν sic semper. *Loc.* Hic quidem etiam Ms. Ba., v. N. q) προσαγορεύσαντες Ing. v. N. sed προαγορεύοντες A. cum Bs. 1. lapsu solenni, cf. 1, 4, 4.

ἡγοῦντο δ') P. iterum per δὴ, cf. 3, 9, 19., sed Bg. per τὲ, cf. 2, 14, 3., in cuius notionem v. ἡγ. e P. clarus hic est locus ex opp. sq. εἵπ., quale quid tenet Stp. Th. 1, 1422. e., mutante P. participium sq. φερ. iterum in praep., ut 3, 15, 15. κομιζ., ubi Sch. „induti *purpura*" ad sensum, cf. 1, 14, 16. i. e Stp. Th. ad βασ. π.

εἵποντο) v. ad 2, 6, 3. *Leisn.* Hoc loco usus est Vitringa in Animadv. ad Vorst. de Hebr. N. T. p. 247. etiam, praeter alia, ut defenderet formulas N. T. similes, reddens „illos *vero* proxime *sequebantur* illi, *qui* consulatum *tunc* temporis *administrabant*" ut L. N. T. Schw. p. 45. N. cum nostro v. profert idem adv. ὄπ. e Plat. et Herdt. sed syn. κατόπιν aliunde, qualia non tenet Stp. Th., qui tamen cf. in syn. ἀκολ. et ἐπακολ. 1, 280. C. p. sq. B. m. Abr. ad Aesch. 1, 580. m. Ind. Luc. Hs. Fa. A. Xen. Cyr., cui add. cum ἐπί τινα 1, 4, 23. (ut tropice de re cum dat. rei 1, 2, 7.) Gottl. Plat. Menex. cum p. 19. a. N. 32. p. 64. N. 26. Poss. Call. p. 687. e. Arist. Plut. v. 824. ἕπου μετ' ἐμοῦ, it. v. 1210. κατόπιν τούτων ἕπεσθαι, sed v. 13. ἀκολ. κατόπιν λ., ferente G. Th. in v. Bg. tantum 402, 11. a *tergo*, et modo in *pone* extr., non item in P. *post*, e quo Bg. formulam sq. et periphrasin οἱ τὴν λ. contrahit in privum subst. ad sensum, ubi debuit saltem servari adv. temporis, ut ante ap. Vitr. aut v. c. *eius* anni, *temporis*, quanquam per se intelligitur; scribente Nostro tantum ad analog., cf. Stp. Th. v. διέπ. „Plut. ὃς τότε τὴν ἀρχ. τῶν Θηβαίων διεῖπε" D'Orv. Ch. p. 628. m. it. 154. m. Abr. ad Aesch. 1, 214. Suid. 1, 578. m. Hes. 1, 980. e. 984. m. e. Ind. Sb. it. Dion. Cas. Ios. 2, 420. f. 1. in. et sine Ind. ap. Herdt. 381, 1. sed in periphrasin syn. Polb. 2, 28. i. οἱ τὰς ὑπάτους ἔχοντες ἀρχὰς, *consules.*

κάλπην φερ.) Ms. alia declinatio (cf. 3, 14, 4. i. 3, 12, 24. i.) fuerit e lapsu aut glossa per comparationem aliorum scriptorum, (cf. ad 3, 15, 16., ubi nihil novabatur, nec hoc c. §. sq. et 4, 13, 16.) vel loci infra 6, 7, 16. m., abeunte P. nimis ad sqq.

οἵ τε προσαγορεύοντες) Pol. ita vertit, (*qui* autem *novos* imperatores *consalutaverant*,) quasi scriptum esset προσαγορεύσαντες, quam scripturam probo. *Steph.* οἱ προσαγορεύοντες, quae lectio bene habet, sunt *praecentores populi*, οἱ κράκται, ut saepissime in Ceremoniali Constantini appellantur, populo praeire soliti acclamationes, v. scriptores hist. Aug. At

αὐτοκράτορας r, παριόντες καὶ τὴν ſ κάλπην προσεκύνουν. ἐκείνην μὲν οὖν παραπέμψαντες,

gressi, et urnam adorabant. Illam quidem comitante ma-

r) Nullum hic comma, sed post sq. παρ. in A. al. v. N. ſ) Hunc artic. omisit Lugd.

mox leg. παριόντας, in accus., scil. αὐτοὺς, illos que fratres Augustos et urnam, ossibus Severi plenam, adorabant, tanquam patrem Augustum cum liberis item Augg. *Reisk.*

Leisn. in m. Ox. „leg. οἱ δὲ προσαγορεύοντες λ. illi *vero* salutatis *imperatoribus* progressi *etiam* urnam *adorabant*" cuius δὲ sane refert etiam P. (cf. 2, 13, 8.) non item Bg., qui de more suo (cf. 2, 6, 5.) reddit vulg. τὲ, sed praeterea non modo praes. προσαγ. per impf. coniunct. (incertum, utrum pro plusqf., de senatoribus §. pr. e., an de aliis, praeter illos, de populo, pro impf. indic. et in actu durante adhuc, nisi scriba Bg. vitiavit pro P. plusq.) verum etiam servat e P. participii παριόντες nominativum, qui de senatoribus, functis iam salutatione, intelligetur sic, ut ex illo loco, ubi steterant orantes, abierint, ut, praetereuntes urnam, adiungerent sese a tergo consulibus. At in rationem Rs. in οἱ προσαγ. sane magis cadit accus. παρ., quo et ipse sum inclinatior, nihil sine libris nunc quidem tentaturus, sed tamen in προσαγ. aut intellecturus aor. aut correcturus, quia variat confusum que videtur tempus utr. in particip., cf. 1, 12, 12. κελευσ., ut aor. sumatur tantum de senatoribus; sicut παριόντες in nominativo accipio potius pro *transeuntes* s. *praetereuntes*, ut supra iam ponebam, cf. Stp. Th. O. M. Nov. T. 6. p. 490. e. Cas. ad Ath. 2, 346. e. Krb. Obs. N. T. p. 128. m. Ind. Epict. Heyn. Theo. Fi. et v. ἕκαστος, Bud. C. 933, 17. it. ad Herdt. p. 200. N. 27. sq. Ind. Thuc., cui add. 113, 74., apud quem sine Ind. 387, 57. (pro eo que syn. παρελθὼν l. 78. cf. supra ap. Nostr. 2, 8, 5.) alio etiam sensu occurrit, cf. et Rs. An. ad Auct. Gr. V. 1. p. 140. i., de oratoribus, cum prodeunt ad dicendum, quo sensu et hic conveniat cum pr. προσαγ. e vulg. lect., *qui* que *salutabant* novos *imperatores*, inter prodeundum, *prodeuntes*, cum prodiissent, *etiam* simul *urnam adorabant*; quo de tamen nihil G. Th. in Lat. Bg., et modo ap. Iust. 5, 10, 9. *ad* colloquium — *progressi* rel., post quod v. in Bg. Vs. deprehensum comma est, ut in P., libere addente adv. et ad sq. subst. quoque pron., cf. §. 3, et 1, 13, 12. e.

ἐκείνην μ.) In μὲν ὁ. P. ut 2, 1, 5., sed suo more Bg., ex illo reddens in sq., non modo per hendiad. in particip., sed etiam libere servato adi., pro *igitur* illam *quidem* deducentes *et* ei *praeeuntes* in *pompa*, imperatores cum senatu ac populo, cf. §. 5. sq., ubi Ms. lectio fuerit vitium scribae e repetita finitione pr., aut glossa, stans in marg. id pr. verbum παραπ., quam non recte capiens alius librarius, recepit in textum, eiecto vetere, dum in superioribus locis duobus nihil novabatur, utpote in bene Gr., cf. Stp. Th. D'Orv. Ch. p. 417. m. 494. e., ubi similiter pro παραπέμψαι aliquis maluit προπέμψαι, ad Luc. 3, 399. e. N. 76. Heyn. ad Epict. 25, 2. Krb. Decr. Ath. p. H. p. 397. m. cum Indd. Luc. Ael. V. h. Dion. H. Dem., variante ap. Luc. 2, 739. l. 3. pro προπέμποντας etiam προπομπεύοντας, quod v. hic ap. Nostrum contra Ms. Ba.

καὶ προπομπεύσαντες [t] αὐτῆς, ἀπέθεντο [u] ἐν τῷ νεῷ, ἔνθα Μάρκου τὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἱερὰ μνήματα δείκνυνται [x]. ἐπιτελέσαντες δὲ τὰς [y] νενομισμένας ἱερουργίας ἐπὶ ταῖς βασιλικαῖς εἰσόδοις, ἀνῆλθον εἰς τὰ βασίλεια.

gna pompa reposuerunt in
templo, ubi Marci ac supe-
riorum principum sacra mo-
8. numenta monstrantur. Ce-
lebratis autem consuetis sacri-
ficiis pro imperatorum ad-
ventu, recesserunt in impe-

t) Ms. Ba. παραπεμψ. καὶ προπέμψαντες λ. v. N. u) Ms. Ba. et Vi. ἀπέθεσαν ἐν λ. v. N. sed mendose ἀπεθέοντο A. al. x) δείκνυται Ms. Ba. v. N. y) Hunc artic. mendose omittunt Par. utr. Ox. et Pat.

tuentur non modo Mss. rel. cum P. obliquo, sed etiam gen., solennis in hoc, non autem in altero, quod habet potius accus.

ἀπέθεντο) Mss. res in mutato med. in act., cf. 3, 12, 18. m. ὑπαντ., cum non tentatum sit 3, 15, 16. e., sed hic quoque servetur a Ms. Ve., videtur esse vel error in fine, vel potius ingenium librarii, non tolerantis concursum syllabarum earundem in sqq. ἐν τῷ — ἔνθα, quam similitudinem tamen Noster non refugit, activum quidem, ap. Nostrum non occurrens, me reperiente per Indd. Rs. Or. V. 8. Lyc. Dem. Xen. Ἀνβ. The. Fi. cum Abr. Dl. Th. p. 612. i. et 654. e., reddente hic Bg. cum Sch. partim „reposuerunt *urnam* in *templum*.“

ἐν τῷ νεῷ λ.) De sepulcro consentit Dio, εἰς τὸ Ἀντωνινεῖον ἀπετέθη. Annon autem Severus monumentum *Septizonii specie et nomine sibi ipse vivus ornaverat?* Ita Spart. in Geta c. 7. (i. p. 744.) alii que tradunt. Respondet Cas. (ad Spart. Sev. c. 24. p. 640. N. 4.) „Antoninorum sepulcrum et Severi Septizonium eiusdem mausolei partes fuisse: quod Herodianus communi et generali appellatione *monumenta imperatoria* nominavit.“ *Boecl.*

Ibi quoque in praeced. Cas. „Herodianus minus aperte: εἰς τὰ βασίλεια ἱερὰ μνήματα“ ad quae iam monuimus aliquid 3, 15, 16. e., cf. Victor Caes. 20, 31. funus — *illatum* Marci *sepulcro*, hic P. deferente etiam Sch. in „δεικν. ostenduntur“ ubi Ms. singularem verbi numerum dat inconstanter cum neutro subst. plurali, cum contra quater pluralem pro edd. singulari dederit 1, 14, 2. e. 12. e. 2, 6, 21. i. 3, 2, 15. e., repugnantibus hic etiam Mss. rel.

ἐπιτελέσαντες) P. iterum per δὴ, cf. §. 6., correctus a Stp. in marg. aliter, quam a Bg., cuius liberum, at commodum hic Lat. ad εἰσοδ. ignorat Stp. Th., in describendis sacris hic brevius versante Nostro, quam supra, cf. 3, 8, 7. et in Bg. ad νενομ. 2, 6, 18., cui verbo aut etiam subst. ἱερ. iungetur pr. ἐπὶ, ubi Sch. „propter *introitus*, (quod cum Lat. *ob* et *in* aeque rectum ac Bg. Sed in) ἱερ. νεν. ἐπιτ. ἐπὶ ταῖς ἐξόδοις, rem div. ceremoniasque de more *celebrare* ob *profectionem*“ praeter Lat., partim e P., errans in postremis, confuso loco illo, 6, 4, 3., dum huius nostri loci illa ἐπὶ τ. β. εἰς. neglexit P.

διελόμενοι [z] δὲ αὐτὰ, ἑκάτερος ᾤκει [a], παραφράττοντές τε πάσας εἰσόδους, εἴ τινες [b] ἦσαν λανθάνουσαι, μόναις δὲ

9. ratoriam domum. Sed eam partiti inter se, separatim habitabant, obstruentes omnes aditus, si qui es-

z) διελόμενος Bf. 1. R. Par. 2. Ox. et Pat. v. N. a) Hoc comma in A. al. pro colo Stp. rel. et puncto Bc. b) Omnes edd. sic accentu reclinato hic, secus ac 3, 11, 14. m.

διελόμενοι) Ante ἑκάτερος desiderari videtur χωρὶς, ἰδίᾳ, vel simile quid. *Sylb.* Sic Leisn. ad m. Ms. Bg. „legit ergo cum Sb. ἰδίᾳ" ut diserte §. hac extr. additur in Gr., ubi hic excidere potuit ob pr. αὐτά per se quidem, verum ut nec in P. compareat, (qui tamen et omisit cum Bg. ἑκατ.) nec requiratur hic necessario, dum Noster subiicit modum alium, quo uterque habitarit, postquam partiti essent inter se regiam, nempe tum obstruendo aditus omnes secretiores, tum utendo publicis rel., ubi manifesto ad se referuntur τὲ — δὲ, quo de alibi, quod et fiet, si ἰδίᾳ fortassis Cod. aliquis olim adhuc praebeat, quia aliquo cum adv. componuntur et alibi participia, ut hic παραφρ. et χρώμ., in membris per compar et concinnitatem iunctis. Caeterum substituit P. pro pron. αὐτὰ libere aliquod subst., quanquam praemisso alio ad pr. §. βασ., sed Bg. deserit synesin ad διελ. — ἑκ. ᾤκει, cf. §. 4. (hic ut edd. singularis sit ex errore operarum) diligentior ad διελ. (cf. ib.) e P. etiam servans Lat. ad παρ. (sub quo Stp. Th. hinc sine Vs.) sed cum eo non omittens adi. πασ., cf. 3, 15, 2., nec sq. εἴ τ. ἦσ.

λανθάνουσαι) Cuiusmodi fuerunt κηπαία θύρα et πλαγία θύρα, quam etiam ἀμφίθυρον vocant, Homerus Od. 22, 132. ὀρσοθύρην appellavit, ut nonnulli volunt, quamquam hanc a communi πλαγίᾳ θύρᾳ diversam fuisse puto. Respexit locum Homeri licet aliam portam describens Virg. Aen. 2, 453. *Limen erat caecae que fores, et pervius usus Tectorum inter se Priami, postes que relicti A tergo. Stroth.*

Ad quem Virg. locum Heyn. „caecae *for.* h. e. ignotae aliis, nec cognitu faciles et obviae" et G. Th. „occultae, paucis notae" Nostri hic λανθ., per analog. modo, nihil ferente G. Th., quam *aditus — caeci*, in Bg. e P., oppositis duobus, tum δημ. (ubi Sch. ex Ind. Sb. „ianuis, per quas publice intratur" i. e. ab omnibus hominibus,) tum αὐλ., ad quod Leisn. in m. Ox. „L. Bos. in θύρα" qui sane in Ell. p. 148. e. hinc sine Vs. supplet hoc subst., cum tamen vicinius sit εἰσόδους in pr., quo subst. augendus est ille liber, cf. 2, 11, 5. 2, 5, 4., quibus locis aliter Bg., quam hic e P., sed sine exemplo ap. G. Th. de re. Caeterum in iunctis adi. communis sexus δημ. et αὐλ. cum fem. simul μόναις nec variant libri, (cum Glossator Mss. supra novarit quater, 1, 5, 4. βασ. 1, 8, 4. ἀκρ. 1, 15, 6. καιρ. 2, 12, 10, σεβ.) nec monent quid commentatores, nec in δημ. nominatim de communi genere, hoc sensu Stp. Th., qui nec exemplum habet, nec mihi repertum, sed in finitione fem. tantum solenni, cf. Ind. Sb. Ael. V. h. Rs. Or. V. 4. 8. And. Xen. Hell. et Pol. Z. ex Vect. 3, 14. cum L. N. T. et Ern., qua usus Noster in superioribus semper, hic variarit, ad analog. quidem tum illam, quod quaedam adi. dicuntur sexu utr., (v. c. βέβαιος et βεβαία, quo de alibi, it. de σεβάσμιος,) tum hanc, quod

ταῖς δημοσίοις καὶ αὐλείοις ἀνέδην [c] χρώμενοι, Φρουράς τε ἐπιςήσαντες [d] ἰδίᾳ ἑκάτερος [e], οὐδὲ συνιόντες, εἰ μὴ πρὸς ὀλίγον [f], ὅσον δημοσίᾳ εἴ ποτε ὀφ-

fent fecretiores, ac tantum publicis et atrienfibus promifcue utentes, cuftodias etiam apponentes feparatim uterque, neque congredientes, nifi parumper, ut pu-

c) Sic etiam Ms. Ba. nifi quod librarius vocabula, primo tranfpofita, fignis notavit. *Mart.* Sic et tacite Mss. rel., at ἀναίδην A. al. et mendofe ἀναίδυν Bs. 2. R., v. N., ut poft χρωμ. nihil in Par. 2., comma in Bs. 2. cum Par., pro puncto A. al. et colo Stp. rel., ob continuam verborum rectionem removente me quoque numerum novae §. d) ἐπιςήσοντες Par. cum Ox. mendofe, ut et Leisn. in m. Ox. 2. „leg. ἐπιςήσαντες" e) Colon in Ms. Ba. f) ὀλίγου Par. et Ox. vitiofe.

fexus uterque copulatur in vicinia etiam alibi, cf. 1, 13, 5. i. διαφόρου καὶ ἐναντίας γνώμης et 1, 13, 12. e. ὀλίγη καὶ ἀνέλπιςος ῥοπὴ λ.

ἀνέδην) In praecedentibus aliorum edit. male ἀναίδην. *Steph.* eft ἐλευθέρως. ἀκωλύτως, libere, folute, fecure, v. Per. ad Ael. V. h. 1, 4. (p. 8. N. 4.) *Leisn.*

Qui et ad m. Ox. „leg. ἀνέδην" confufis his duobus faepe, cf. Sb. Ind. v. utr., ad Ael. V. h. praeterea p. 355. N. 4. p. 581. N. 6., ad Max. Tyr. p. 604., ad Diod. S. 1, 171. N. 5. fed 2, 110. N. 13. it. p. 586. N. 51., ad Luc. 2, 429. l. 94. ad Dem. p. Cor. Harl. p. 71. N. 55. cum Rs. Or. V. 9. p. 171. m. V. 11. p. 551. i., ap. Dion. Cas. 894, 63. 955, 12. 962, 68. cum N., cf. 1285, 40. Foes. p. 29. b. m. Stp. Th. 1, 145. B. 4, 435. D. Poll. Hes. 1, 357. m. cum N., Suid. 1, 190. e. cum N. 10. it. 192. e., Vig., Camer. ad Soph. p. 240. m., Stanl. ad Aesch. Suppl. v. 15. p. 862. cum Abr. T. 2., hic me capiente pro communiter, f. uterque, fed Noftro fcribente tantum ad analog. in χρ. cum εἰςοδ, it. in fq. φρ. ἐπις., ubi variatur fimul cum 2, 5, 15. e. φρ. κατας. et Bg. reddit abfolute, nullo appofito cafu, quia fuppleri poteft aut dat. loci, et pron. αὐταῖς, fcil. εἰςόδοις, (cf. Stp. Th. v. i. cum Lat. eodem aliunde) aut dat. pers. αὐτῷ f. αὐτοῖς, quod Sch. „*quum* adiungerent *fibi* cuftodes *corporis*" fere cum P., qui liberior in τὲ, cf. 3, 15, 3. 1, 14, 18. it. in omiffo ἑκατ. iterum, fed addito adv. bis in fqq. cf. 2, 13, 8. e.

ὅσον δημ) Poft δημοσίᾳ tollenda videtur εἰ, aut poft ποτὲ omiffum eft χρῄζοιεν, vel aliud verbum confimile, ut ea parenthefi fignificetur, fi quando *effet* opus. *Sylb.* i. e. neque *congredientes*, nifi *ad* exiguum *tempus*, quantum *fufficeret*, ut *publice* interdum *confpicerentur*. ὅσον pro ὅσον ἐχρῆν, ὅσον ἔδει, ὅσον ἤρκησεν λ. v. Vig. p. 102. *Leisn.* Poft εἴ ποτε fubaudi ὀφθείησαν, ut *fpectarentur*, fi *quando* fieret, *ut* fpectarentur. *Nam rariffime id fiebat.* Bene habet hic locus. *Reisk.* ad εἴ π. ὀφθ. int. χρὴ, ellipfi haud infolita. *Stroth.*

Prima quidem ellipfis Leisn. ad ὅσον cum inf., ap. Vig. p. 127. Nr. 9., bene habet, cf. ad 2, 11, 2., ubi per fyn. Lat. reddit Bg., hic e P., ut altera quoque reliquorum, in primis Strothi in v. finito χρὴ f. potius impf. ἐχρῆν, nota L. Bos. Ell. modo in aliis caufis p. 462. e., it. tertia Rsk. illa, qua ex adiuncto verbo, hic inf., affumitur eiusdem verbi tem-

θῆναι. ἐπετέλεσαν δὲ πρὸ ἁπάντων τὴν εἰς τὸν πατέρα τιμήν.

Ἔθος γάρ ἐστι Ῥωμαίοις, ἐκθειάζειν βασιλέων τοὺς ἐπὶ διαδόχοις ᵍ παισὶ τελευτήσαντ-

10. blice conspicerentur. Sed in primis iusta parenti peregerunt.

Mos enim est Romanis divinitate donare imperatores superstitibus successoribus

g) Mss. tres ἐπὶ παισὶν ἢ διαδόχοις τελ. v. N.

pus finitum, hic e sq., alias e pr., per quae εἴ ποτε sit membrum peculiare, at truncum, et commodius accipit uncos parenthesis, habet que restringendi vim atque excipiendi, *quoad publice* s. in publico, in regni negotiis publice gerendis, *conspiciendos se darent*, si *tamen* aliquando *se conspiciendos* dabant *publice*; quale exemplum tenui e Luc. 2, 26. l. 41. τὸ γὰρ τοιοῦτον, εἴ περ ἄρα, ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι, ἢ αὐτὸν εἰπεῖν, *tale* quid *enim*, si *modo* omnino *veri* quid *subest*, nobis *existimandum* relinquere *potius* oportebat, *quam ipsum dicere*, ubi e sq. assumetur idem v. ἔδει, et Gs. liberius, pro *si* quidem *forte*, cf. ap. Thuc. 492, 19. νῦν, εἴ ποτε καὶ αὖθις, προθύμως ἀντιλαβέσθαι, *nunc*, si *unquam* (et) *alias*, rel., male edicente Sch. in π. „εἴ π. si *quando*, cum inf.“ sed scribente Leisn. in m. Ms. Bg. „omittit εἴ π.“ ut sane et P., qui pro eo addit alia. Caeterum quia lectio vulg. procedit, secundum propositam expositionem: dimitto coniecturam, quam olim scripsi, ut legatur δή ποτε, *quoad publice scilicet* aliquando *conspicerentur*, quae δὴ particula et facile transire in εἰ potuit, et a Nostro frequentatur, etiam divulsa a vocabulo suo, ad quod proprie pertinet, ut hic post ὅσον locari debuit, cf. 3, 15, 11.

ἐπετέλεσαν) Subiicit hic Noster exemplum, ubi fratres publice conspecti sint, ubi Bg. e P. omnia, praeter Lat. ad v. ἐπετ., sed Noster ad analog. modo, pro quo dedissem saltem, *peregerunt* autem *ante omnia* suprema *in* patrem *officia*, cf. G. Th. v. *offic.* 567, 11. vel *honorem* patri *supremum*, cf. ib. v. *supr.*, quia praesens *honor*, per consecrationem patri habitus, fuit tamen genus et imago funerationis alicuius, ut de hac quoque proprie dicuntur Lat. Bg. *iusta*, cf. ib.

ἐκθειάζειν) De suo Bg., cf. 1, 11, 6., deserens P., sub cuius Lat. tenet sine Vs. hunc locum Stp. Th. sed Bud. C. 390, 9. breviter modo „ἐκθ. significat etiam ἀποθεοῦν, et dei appellatione dignari et insignire, (immo dignari dei nomine, honore ac cultu.) Herod. ἐθ. ἐ. Ῥ. ἐκθ. τοὺς βασιλέας, *inter* divos *referre*“ cf. Gs. Chr. cum Poss. Call. p. 43. i „ἀναγαγεῖν τινὰ εἰς θεούς, referre *aliquem* inter *deos* Isocr. pro quo Herodianus dicit, ἐκθειάζειν τινὰ“ ut Sb. Ind. Lat. v. *divus* „*inter* divos *relatus* s. *inter* deos *rel.* (ex Eutr. 8, 5, 8.) συνηριθμήθη τοῖς θεοῖς, quod idem τῆς τῶν θεῶν ἔτυχον ἀμφότεροι τιμῆς (*inter* divos *relati sunt*, 9, 4, 3. sed 9, 3, 3. τῆς τῶν θεῶν ἠξιώθησαν προσηγορίας, per eadem Lat. et 9, 2, 6. τῇ τῶν θεῶν ἐτίμησε προσηγορίᾳ, *ipsum* divum *appellavit.*) Herodianus ἐκθειάζεσθαι, alii ἀποθεοῦσθαι dicunt, Latini etiam *consecrari*“ sed Noster in v. cum acc. pers. ex analog. cum Luc. et Ios. cf. 1, 7, 9. m.

ἐπὶ διαδ.) Locutio illa ἐπὶ διαδ. παισὶ usurpata etiam 3, 15, 7. Sequentem funeris descriptionem confer cum Dionea (p. 1244. sqq. in Perti-

τας· τήν τε τοιαύτην τελε- filiis mortuos: atque eiusmo-

nace, cf. quoque funus Augusti ib. p. 833. seqq.) *Sylb.* Pol. legit aut saltem vertit, (imperatores, *qui* superstitibus *filiis* vel *successoribus moriuntur*,) quasi legeret ἐπὶ παισὶν ἢ δ. τ. *Steph.* Ven. ἐπὶ παισὶν ἢ διαδ. et sic quoque Pol. legisse videtur — Sed minus recte ita interpretatus, quis enim successorem suum vita superavit? Nonne hactenus omnes Romanorum imperatores superstitibus successoribus mortui erant? Nisi velis διάδοχον de successore vivo imperatore iam constituto accipere, quae significatio licet solita arctior, tamen h. l. vera esse pariter ac lectio Codicis videtur. *Stroth.* Lege διαδόχοις ἢ παισί. *Oxon.* Praeclara egressione describit hic Herodi. ritum consecrationis, nulli ap. veteres tam fuse descriptum. Nam Dio in Severo brevius id agit, (cf. 3, 15, 16.) v. quae de ritu toto collegere Io. Kirchmannus de funeribus Rom. l. 4. c. 13. Onuphr. Panuinius Comment. in l. 2. fast. ad an. 963. ubi etiam Catalogus consecratorum. Quod doctissimus Kirchmann. Herodianum erroris arcessit, quasi non recte diceret, *Principes consecrari*, *qui superstitibus* filiis *aut* successoribus *moriuntur*: ea reprehensione nihil opus esse videtur. Nam Herodianus ad originem respicit et exempla, dum ab initio Augustus Iulium, Tiberius Augustum, Nero Claudium, Titus Vespasianum, Domitianus Titum, Traianus Nervam, Hadrianus Traianum, Pius Hadrianum, Marcus Pium, Commodus Marcum consecrarunt, omnes *filii* scil. aut *destinati successores*. Haec consuetudo fuit. Consecratio feminarum extraordinaria est. Vt taceam, Herodianum hic non loqui, nisi de *Imperatorum consecratione*, quae interim non excludit alias consecrationes, singularibus ex causis, vario que consilio et arbitrio factas. *Boecl.*

veneratione col.“ in quo cum v. σεβ. per analog. modo, cf. Diod. S. 1, 328. l. 63. τὸ τέμενος — τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφερόντως, quod religioſe *honorant*, et Virg. A. 11, 785. *quem* primi *colimus*, ubi Heyn. „praecipue inter caeteros, in primis.“

δύο γὰρ) Libere P. in γὰρ, e quo Bg. in ſq. ὑ., cf. 3, 11, 8., non item in v. πρ., quod cum pr. adv. ad analog. iungitur, ut mox θρ. cum gen. obiecti, cf. L. N. T. et G. Th. in ſubſt. Bg. et v. *cultus*. Sed in artic. τοῦ θ. Bg. de ſuo perſpicue.

ἑκατόμβας) Priorem §. cum hac iungens P., ſuſtulit binas hic particulas, ſed Bg. ſolam τὲ, cum tamen habeant Lat. non modo illa affinia *atque adeo*, verum etiam ſeverum, Virg. A. 2, 567. *iam* que *adeo* ſuper *unus eram*, cf. G. Th. 97, 65. ſqq., (nobis etiam *und daher* ſ. *und alſo*,) ad quam analog. forſan ſcribitur hic, ut ſimul ad Gr. δ' οὖν, quod malim, quam ſuſpicari confuſionem litterarum. In ſq. ex analog. iterum modo in v. παρ. cum ſubſt. ἑκ., quo de, praeter Stp. Th., cf. Heſy. Ind. Orph. Heſd. Theogn. Feith. Ant. H. p. 65. ſq., ad L. Bos. Ant. Gr. p. 36. Nr. 8., ad Poll. 1, 26. N. 81. Fabr. Bibl. Ant. p. 496. m., ad Luc. 1, 875. b. i., Schmid. ad Heliod. 3, 1. p. 171. N. 4. G. Th cum Capitol. T. 2. p. 152. e. libellum que editum Ultrai. 1775. ab Hermanno Royaards de emendandis plur. vett. ſcr. Gr. loc., in cuius c. 4. ephemerides indicarunt quoque diſputationem eſſe ſuper hecatombis, quarum ephemeridum ſummam excerpſi hanc „ſententias de his eſſe iſtas, ut fuerint aut centum boum, aut centum modo pedum, ſ. viginti et quinque quadrupedum animalium, aut modo magnificum ſacrificium, non finiti animantium numeri, aut ſacrificium, conſtans centum numis, in quibus imago boum impreſſa, quod genus poſtremum recte reiectum eſſe ab illo auctore, qui nec putet, vocabulum ex ἑκατὸν et βοῦς compoſitum, ſed ductum ab ἑκάτομβος, i. q. ἑκάτομος, ut adeo ἑκάτομος θυσία ſit i. q. θυσία τοῦ Ἑκάτου, i. e. ſacrificium Apollinis, quia, quanquam oblatum omnibus diis fuerit recentioribus temporibus, tamen ſit veroſimile, id ab initio vetuſtiſſimis que temporibus tantum Apollini factum eſſe; caeterum, e quibus animantibus conſtiterit, non definiri poſſe“ ferente Ind. Stroth. Chr. „eine *Hekatombe*, ein groſses feyerliches Opfer.“ In ſq. ἐν. Stp. Th. cum P., non item Bg., quod, ut pr. ἑκ. ad deum Serapin, pertinere videtur maxime ad Alexandrum heroëm, et conſtitiſſe vel illis partibus victimarum, quae manibus ſecabantur, vel ſic dictis incruentis, libaminibus et ſuffitu, cf. Heſy., non coll. Suida, ad Schol. Eur. Phoen. Valck. p. 645. N. 77. Spanh. ad Call. h. in L. Pall. v. 107. Ruhnk. L. Plat. p. 73. Salm. ad Vopiſc. T. 2. p. 616. a. e. Feith.

παντοδαπούς. ὡς δὲ p διηγγέλη τῷ τῶν Ἀλεξανδρέων πλήθει, φύσει μὲν ὄντι τὰς γνώμας κουφοτάτῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς βραχυτάτοις ῥᾷστα κινουμένῳ, τότε δ' q ἐξεπτόηντο, τὴν τοῦ βασιλέως σπουδήν τε καὶ

18. Ut autem nunciatum id est Alexandrinae multitudini, suapte natura levissimi ingenii, et minimis momentis facillime impellendae, ibi tum extra se erant, imperatoris studium et benevolentiam

p) δὲ omissum in Bs. 1. al. mendose. q) δὲ Ms. Ba. plene, ut alibi, cf. 3, 8, 13. m. et hic quoque in Stroth. Chr.

l. l. p. 88. Ind. Sb. et ej. Dion. H. T. utr. Herdt. Ios. Rs. Or. V. 7. Is. Luc. G. Chr. et Th. v. Bg. et P., sed Stroth. Ind. Chr. „*ein* Leichenopfer, *Todtenopfer*."

ὡς δὲ δ.) Leisn. in Ms. Bg. rubri coloris linea strinxerat pron., quod est e P. obliquo, ut et syn. adi. ad Ἀλ., ex usu Lat., cf. G. Th., dum ambiguum est, quod habet Auctor de bello Alex. 30, 6. *maxima* et *electissima* Alexandrinorum *multitudo* rel., cf. Ios. 1, 944. s. 2. i. ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, *in* urbe *Alexandrina*, ad quam analog., et illorum τῷ Ῥωμαίων s. Ἀθηναίων δήμῳ, Noster consinxerit suam formulam hanc, non praebentibus Stp. Th. et Indd. sic subst. πλ. cum gen. nominis proprii populorum.

φύσει) Curt. 4, 1, 30. *Aegyptii*, vana *gens*, et *novandis*, quam *gerendis*, aptior *rebus*, ad quem v. Cell. (ubi Nostri locus sine Vs. sic profertur „de Alexandrino populo, φύσει τὰς γν. κουφότατος ὤν.) *Leisn.*

Qui et in m. Bc. 2. „Vopisc. in Saturnino c. 7. sq. p. 652." quem locum infra daturi, hic addimus modo Beck. Specim. hist. bibl. Alex. p. 17. §. 11. cum N. 2. et ex Auctore de bello Alex. 24, 1. *Caesar, etsi* fallacem *gentem*, semper *que* alia *cogitantem*, alia *simulantem*, bene *cognitam habebat*, rel., P. sequente Bg. tantum in φυσ., ut 3, 8, 6., sed ut 2, 15, 4. per gen. eundem in adi. cum acc., ubi Stroth. in N. Chr. recte „sc. κατὰ, (it. Ind.) γν. sehr *leichtsinnig*, in seinen Gesinnungen sehr veränderlich, (sed ib.) φ. seiner innern Beschaffenheit nach, seinem Character nach" quo de alibi, ad analog. iungente Nostro κουφ. cum τ. γν., cf. in superlat. Foes. cum Z. Ind. Xen. Bach. ex Ages. sed compar. ib. Pol. et Cyr. Dion. H. T. utr. Fi. Pal. et Suid. Mox Bg. e P. ad ἐ. τ. βρ., supplens subst. liberum, sed Sch. „*levissimis* de *causis*" vicinius subst. αἰτίαις, pro quo et procedit illud commune πράγμασι, abeunte etiam Stroth. Ind. „über *die* geringsten *Kleinigkeiten*" sed variante Nostro cum 4, 6, 5. ἐ. βρ. αἰτίαις et 1, 3, 15. ἐ. ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥ. κιν., (quod adi. respicit P. libere,) sed ad analog. modo scribente in τ. βρ. et cum v. κιν., quo de Bg. cf. 1, 3, 15., h. l. impelli non ad mutandum imperium et dominum, quia iam parebant Romano imperatori, sed ad mutandum animum suum erga imperatorem, quem, ante cum odissent et risissent, nunc colere satagunt, cf. cap. sq.

τότε δ' ἐξεπτ.) Huic loco videri possit subesse mendum; quum tamen potius credibile sit, hoc ἀνακόλουθον ab ipso Herodiano profectum esse. *Steph.* Malim ἐξεπτοημένῳ et πυνθανομένῳ, et tum δὲ §. sq. erit tollendum. *Reisk.* Pol. *quasi* animorum *impotes*. Menander II, 4. p. 244. di-

εὔνοιαν πυνθανόμενοι. ὑποδοχὴ [r] δὲ παρεσκευάζετο, οἵαν μηδενί πω ποτὲ βασιλεῖ [s] γενέσθαι φασί. πάσης τὲ γὰρ

19. intelligentes. Igitur ad excipiendum illum apparatus fiebat, quantum nulli unquam imperatorum factum fuisse aiunt. Nam et omne genus

r) ὑποδοχὴν habet Edit. Halens. et Cod. Vindob. ſed melius eſt ὑποδοχὴ ap. Boecl. *Loc.* In mea ed. Hal. eſt, ut dedi cum rel. edd., ſed in Ms Ba. πυνθανόμενοι, ὑποδοχὴν δὴ παρεσκευάζοντο, οἵαν λ. v. N. ſ) βασ. γενέσθαι ῥωμαίων. πάσης λ. Ms. Ba. v. N.

cit ἐκπαθεῖς ὑπὸ ἡδονῆς γινόμενοι κατέχαιρον, *gaudio exultabant, ita, ut ſui compotes non eſſent.* Livius hoc ſic efferret 27, 51. *vix gaudium animis capiebant,* vix *diſpenſari laetitia inter impotentes eius animos potuit,* (quorum priora modo ib. med. ſunt.) ἐκπτοῆσθαι, πτοεῖσθαι, πτοιᾶσθαι eſt non tantum *exterreri*, inſtar equi ſternacis, ſed etiam *attonitum fieri admiratione et gaudio*, et *tota mente exſternari ac ſibimet excuti ad vehementius aliquid appetendum.* Sic Schultens ad Prov. 28, 22. v. Herodian. 5, 4, 1. *Leisn.* Per ſyntheſin h. l. nomen collectivum πλῆθος verbum in plurali numero ſibi iunctum habet, v. 1, 6, 25. *Stroth.*

Libere omittente P. duo illa τότε δ', quid expreſſerit Bg., non liquet, dum eius particulas nec G. Th. Hor. Turs. et Lex. Schell. tenet, nec explicant Intpp., quos inſpexi, ap. Virg. A. 6, 898. (ubi et Var. L. eſt,) et Ter. Andr. 1, 1, 79. 104. 1, 3, 18. 4, 1, 10. Eun. 1, 2, 28., poſſunt que per figuram illam ἐκ παραλλήλου ſtare pro una temporis et conſecutionis particula Lat. *tunc*; et ipſe Bg. δὲ per Lat. *tum* ſupra reddebat 3, 10, 9., et alii, quos v. ad 2, 3, 6., ſic vertunt, ubi ſolum ſtat in apodoſi, in qua hic accipiens ego, et utrumque τότε δ' pro Lat. *tum vero*, pro que Gr. aliorum τότε δή, pro quo δὲ ſaepe habuimus, nihil hinc tento, modo peculiare Noſtri quid et Latini deprehendens, dum, conſultis Indd. Stp. Th. Bud. C. Hoog. Op. Vig. aliis que, tamen nil tale vidi, ubi τότε δὲ in media oratione, et, ut dixi, in apodoſi periodi, per ὡς coeptae, poneretur, ſed modo ab initio enunciationis ap. Thuc. 75, 79., ubi pr. l. 77. pro vulg. τὸ δὲ legi queat τότε δὲ, praecedente πρότου. Sed in v. ἐξεπτ. Stroth. Ind. cum Bg. „in Erſtaunen gerathen, ganz *auſser* ſich *ſeyn*“ ſed Sch. „*conſternati* ſ. *impotes* animi *erant*“ in poſtr. partim e P., quo reſpicit, opinor, Stp. Th. 3, 590. i. „ἐξεπτοῆσθαι redditur etiam *impotem* animi *eſſe*“ ſine auctore, dum inveni ap. ſolum Polb. 2, 365. m. τῶν -- ἐξεπτοημένων καὶ παρεστώτων ταῖς διανοίαις, per liberrimam Vs., ſenſu Leisn. primo, h. l. prae gaudio extra ſe eſſe, i. vehementer gaudere, variante Noſtro per ſyn. pro ἀνεπτόηντο 2, 7, 12. In ſq. membro liber P. in ordine et v. πυνθ.

ὑποδοχή) Bg. ſervat e P. δὲ per δή, ut alibi, (quod Ms. Ba. hic praebet, ut 3, 8, 11.) et aliquid ex illius phraſi ad ὑπ. παρ., ubi videatur habuiſſe lectionem illam Ms. Ba. in v. med. „igitur *ad* excipiendum *illum* ſe *comparabant*“ ubi modo libere exprimitur Mss. accuſativus, ortus is, ut videtur, ſic, quod ſcriba adhuc in mente haberet priorem σπουδὴν et εὔνοιαν. Et ſic refert Ms. Vi. cum v.vulg. paſſ. et ſing. παρεσ. Quod cum alius librarius non conſiſtere cum acc. iſto vidiſſet: mutavit verbi

μούσης ὄργανα, πανταχοῦ musica instrumenta ubique

numerum; quanquam et contra fingetur, errasse librarium aliquem in finibus, per compendium scriptis, ut 1, 14, 11. i., et hinc, cum memor esset, supra saepius ap. Nostr. occurrere med., demum correxisse vulg. nominativum, qui cum servetur a Ms. Ve. habeat que se bene constructio vulg. et ad analog. saltem fiat, nostratibus quoque commoda, *es wurde ein* Empfang, *eine* Aufnahme *zubereitet* s. *veranstaltet*: bene Bg. fecit, cum servavit, quantum Latine posset, mutando v. pass in formulam nominativi, sed hunc flectendo aliorsum, quia Latt. subst. in v. ὑπ. ap. Stp. Th. nec per se satis bona sunt, nec usum habent cum v. *parare* etc. Sed Excp. ap. Suid. 1, 233. c. ὡς δὲ ἐσήλασεν ἐν αὐτῇ σὺν παντὶ τῷ στρατῷ, ὑπεδέχθη παρὰ τῶν Ἀλεξανδρέων, ὡς οὔπω τις βασιλέων πρότερον, contractis Nostri his cum §. sq. i., hic breviorem P. deserente etiam Bg., qui tamen et ipse libere casum in βασ. mutat, a P. prorsus neglectum; ubi Ms. Ba. librarius aliquis per glossam addidisse videtur gen. illum Ῥωμαίων, ad magis definiendum subst., quod cum alius in marg. deprehendisset, ignarus, quorsum pertineret, delevit v. φασὶ, omissum idem a P., qui, ut dicebam, brevior modo hic fuit, nec propterea cum Ms. Ba. consentit, quia illius novi gen. nullum apparet ap. eundem vestigium. Quum vulg. lectionem servent etiam Mss. rel.: prodit id ipsum, quod sumsi, glossema, sed librarii stultitiam quoque hoc, quod ita oratio pendet sine serie legitima, quia rectio pron. οἷος cum inf. non bene hic procedit, tum quod requirit nominativum οἷα, non acc., qui valet modo, ubi prior oratio iam est infinita, ut infra 6, 2, 10., tum ob sensum, quem in ea rectione damus isti pron., ut mutetur vel in particulam ὥστε, vel in pron. relat. *qui* una cum v. Lat. *posse* s. *valere*, vel in adi. aliquod, ut *valens*, it. *idoneus*, it. *promtus*, paratus, *cupidus*, v. Bud. C. 1372, 30. 1374, 3. Stp. Th. 3, 451. e. L. Ern. Vig. p. 116. Nr. VI. cum N., Dev. p. 243. Per. ad Ael. V. h. 3, 9. p. 215. N. 7. e. it. 11, 13. p. 705. N. 2. Bg. ad Alc. ep. p. 89. e. L. Bos. Ell. p. 330., ad Luc. 3, 623. N. 66. Abr. Dl. Th. p. 712. Ind. Sb. cum ej. Di. H. T. utr. Eutr. Met. Cell. Gs. Chr. Dem. Fi. Ae. The. et ad Plat. Phaed. p. 206. N. 4. Z. Xen. Cyr. et Ἀνβ. aut denique in idem pron. *qui* cum v. Lat. *solere*, cf. ib. Hell. Mor. et Mem. S. Z., cui add. 3, 11, 1. et forsan Gs. Vs. ad Luc. 1, 820. l. 14., quae postr. ratio, in P. hic reperienda, tamen non valet, quia et ipsa postulat nomin. οἷα, ut priores rationes alienae sunt a contextu, ubi formula ὑπ. γεν. cum dat. pers. modo facta est ad analog.

μούσης ὀργ.) Huius luxus Orientalis affectatione *Gallienus saepe ad tibicinem processit, ad organum se recepit, cum processui et recessui cani iuberet*, Trebellius Pollio in Gallieno primo c. 7. (c. 17. T. 2. p. 238.) De caetero Alexandrinis *organa hydraulica* praesertim familiaria sunt, quippe cum et auctor omnis machinae hydraulicae Ctesibius Alexandrinus memoretur Vitruvio l. 9. c. 9. et Plin. 7, 7. Descriptionem organi elegantem Graecam v. ap. Cl. Salm in Lamprid. Heliog. f. et in epigrammate Graeco Iuliani Apostatae. *Boecl.*

Cf. ad Lampr. c. 32. Heliog. p. 874. Cas. N. 2. it. Cl. Cic. v. *hydraulus* cum Gs. Chr. Plin. p. 404. m., reddente Stp. Th. v. μουσ. 2, 829. F. sub notione „pro ipso cantu" it. v. ὀργ. i. e P., quem delerit Bg. modo ad πασ., respiciens ad sensum, et ad πανταδαπὸς §. 17., quoddam varie-

διακείμενα, ποικίλον ἦχον εἰργάζετο [t], ἀρωμάτων τὲ παντοδαπῶν καὶ θυμιαμάτων ἀτμίδες εὐωδίαν παρεῖχον ταῖς εἰσόδοις. δᾳδουχίαις [u] τὲ καὶ

disposita varium sonum edebant, et aromatum variorum ac suffimentorum vapores suavem odorem praestabant in portis. Taedarum quoque ge-

t) Hoc comma in Bs. 1. al. pro colo Stp. rel. et puncto al. u) Sine iota subscr. in A. al.

tur, ut Stroth. Chr. Ind. „*allerley* mus. *Instr.*" dum in ὀργ. cum μ. scribitur ad analog., cf. Ind. Plut. Hs. cum Ios. Luc. et Ael. V. h. sed G. Th. modo cum ὀργ. in Bg., qui prae P. severior in τὲ γὰρ — τὲ ut 2, 1, 17. etc. it. 1, 4, 3. quibus ibi disputatis add. alio sensu copulata ap. Polb. 1, 497. l. 8. ἄν τε γὰρ — ἄν τ' λ. *sive* enim — *sive* rel.

παντακοῦ διακ.) Forte πανταχῶς, *quibuscunque* tandem *formis* et *modis* constructa. *Reisk.*

Sed hoc cum insit iam in pr. παι. aliquo pacto: tum correctio est contra libros omnes, etiam P., unde Bg. et Stp. Th. v. διακ. 2, 163. i., quo physico sensu cf. Ind. Luc. et Ael. V. h., sed ad analog. modo cum adv. π., i. e. per varia loca, extra urbem, in viis, in portis et turribus, intra que urbem in diversis plataeis et aedibus. Sed in sq. formula ἦχ. εἰργ. forsan est Lat., cf. G. Th. v. *son.* 491, 31. lingua -- *quae* sonos *vocis* distinctos *et* pressos *efficit*, et p. sq. l. 21. *faciunt* sonitus *venti*, pro quibus severis Bg. e P., cf. ἦχ. Ind. Luc. et Ael. V. h.

ἀρωμάτων λ.) Egit de hoc more Brissonius in erudito de regno Persico commentario et Cas. ad Calig. Suet., add. infra 4, 11, 3. *Boecl.* Idem honoris genus refert Herodi. c. 11. *Stroth.*

Notarat Leisn. in m. Ox. „Cas. ad Suet. Calig. 13. p. 623." ubi agit de more excipiendi imperatores per suffitus, δᾳδουχίας et flores, ad Suet. *inter* altaria *et* victimas, *ardentes* que *tedas*, densissimo et laetissimo *obviorum* agmine, *incessit*, memor et huius loci, adiectis his, quoad habui in Excerptis „in honorem regum a populo cum taedis ardentibus s. cum facibus procedebatur s. cum lumine" cf. Bud. C. 1239, 2. „Athen. — de Antonio loquens triumviro, μετέβαινε δ' ἐνίοτε καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, ἀπὸ τῶν τεγῶν λαμπάσι δᾳδουχουμένης τῆς Ἀθηναίων πόλεως, i. e. φωτιζομένης, illustrata, illuminata facibus, e tectis fulgentibus. λυχναψία id dicitur et δᾳδουχία. Herodi. de Antonino Alexandriam ingrediente, δᾳδ. — βολαῖς βασιλέα ἐτίμων" sic sine Vs., aliter adeo, quam Cas. ante, locum Nostri intelligens, dum Stroth. Ind. Chr. „δᾳδ. die *Vortragung* der *Fackeln*" cum Bg. quoque facit, proferente Stp. Th. vocem modo ex alio Nostri loco, quam reperi praeterea ap. Hesy. 1, 872. i. δᾳδουχίας, λαμπαδηφορίας, λυχναψίας, φωτισμοῦ, (ubi in N. tantum ex 2. Maccab.) et ap. Luc., ubi Gs. cum Bg., qui deserit P. etiam (secus ac Stp. Th. in εὐωδ.) in phrasi παρ. λ., quae ducta videtur e Lat., ut et ἀτμ. cum ἀρ. ex illo *spiramen* — *aromatis*, v. G. Th. et Luc. 3, 653. v. 139. λιβάνων ἀτμὶς, vapor *turis*. Caeterum in m. Par. 2. notarat Ern. „v. Cas. ad Suet. Cal. c. 13. it. in Galba c. 18." quo tamen extr. loco nihil reperi, huc pertinens.

ἀνθέων βολαῖς ἐτίμων τὸν βασιλέα. ὡς δὲ εἰσήλασεν εἰς τὴν πόλιν σὺν [x] παντὶ τῷ στρατῷ, πρῶτον [y] εἰς τὸν νεὼν ἀνελθὼν, πολλὰς ἑκατόμβας κατέθυσε [z], λιβάνῳ τὲ τοὺς βωμοὺς ἐσώρευσεν. ἐκεῖθεν δ' [a] ἐλθὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου μνῆμα, τήν τε χλαμύδα, ἣν ἔφερεν ἀλουργῆ [b], δακτυλίους τὲ, οὓς

ſtationibus et florum ſparſionibus honorabant imperato-
20. rem. Poſtquam intraverat urbem cum toto exercitu, primo templum ingreſſus, multas victimas mactavit, ac thure aras accumula-
21. vit. Illinc porro progreſſus ad Alexandri monumentum, paludamentum quod geſtabat purpureum, annulos

x) σὺν in Lugd. omiſſum mendoſe. y) πρῶτον μὲν εἰς λ. Ms. Ba. v. N.
z) Colon in Ms. Ba. a) δὲ Ms. Ba. cf. §. 18. m. b) Hic comma in edd., non item poſt ἐφ., ſed mox poſt εἶχε comma in Bs. 1. L. v. N.

ἀνθέων β.) Ritus ſpargendi fiores a diis ad homines translatus adulationis cauſa, v. Cell. ad Curt. 5, 1, 20. *Leisn.*

Ibi reſpicitur huc ſine Gr., cf. ſupra 1, 7, 11. et v. *flos* e. G. Th., hic ad analog. tantum Noſtro iungente ἐτ. cum δαδ. λ.

ὡς δὲ) Bg. omittit iterum advers., ſecus ac P., quem deſerit in v. εἰςηλ. et in rel. negligentiorem, ſed tenentem illud Ms. μὲν, additum forſan ob ſq. §. δ', quo ſequente ſupra 3, 12, 16. m. idem removit μὲν, quod per ſe exciderit ob pr. τον litteras, nudo ſic πρ. occurrente ap. Noſtr. etiam alibi, cf. 2, 1, 22. e. 2, 2, 1. 3, 5, 2. m., ubi tamen δὲ non ſequitur, ſervante Bg. vulg. cum Mss. rel. Mox Bg. e P. in v. ἀν. et ſubſt. ἑκ., cf. §. 17., quod per analog. iungitur cum v. κατ. (cf. Ind. Luc. v. ἑκατόμβας — θυόντων,) ubi Bg. cum Ind. Sb. ſed Stp. Th. ſine Vs., cf. Ind. Dion. C. Dion. H. S. T. 1. Diod. S. Luc. Xen. Ἀνβ. Ael. V. h. cum N. 19. ad 4, 1. p. 330. it. Heſy. 2, 168. m. 193. e. N. 10. In ſq. v. ἐσ. Stp. Th. partim e P. „*thure* altaria *cumulavit*" quae phraſis et rectio forſan eſt e Lat., cf. Virg. A. 11, 50. *cumulat* — altaria *donis* et 8, 284. cumulant *oneratis* lancibus *oras*, cum N. Heyn. it. 5, 54. ſtruerem *ſuis* altaria *donis*, et G. Th. 1112, 57. Plin. — *Alexandr. M.* — *ſine* parſimonia *tura* ingerenti *aris*, ſed de v. σωρ. L. N. T. Ind. Luc. Diod. S. Fab. A. Hs. et de λιβ. ib. cum Kl. Tyrt. p. 80. m. Suid. 2, 444. m. Hes. cum N. it. Ammon. p. 89. Thom. M. p. 577. ad Ariſt. Plut. v. 703. Schol. cum Hſth. et ad Ioſ. 1, 136. N. 2.)

ἐκεῖθεν) Pro P. contracta periodo Bg. in δὲ, ut 4, 2, 14., ſed in ἐλθ., ut 2, 3, 3., tum ex illo in χλ., cf. 3, 7, 8. et ad ἁλ. 1, 14, 16. m. it. 4, 7, 4. In ſq. ponetur comma poſt v. ἐφ. e logica rectione, iuncto ſubſt. χλ. cum adi. ἁλ., quod tamen et copulabitur cum pron. ἣν, poſt quod etiam proſaici, nec modo poëtae, ponunt adi., divulſum a ſuo ſubſt. annexum que enunciationi poſteriori, ut alias ſubſtantiva reiiciuntur poſt pron. ſequentis membri. Par eſt fere ratio in ſq. δακτ., cuius genitivi λιθ. τιμ., qui ſunt materiae ſ. modi, hic itidem, facto poſt εἰχ. commate, ſtabunt poſt pron., ubi pro liberrimis P. reſolvit Bg. illos gen. per

εἶχε λίθων τιμίων [c], ζωστῆράς τε, καὶ εἴ τι πολυτελὲς ἔφερε, περιελὼν ἑαυτοῦ, ἐπέθηκε τῇ ἐκείνου σορῷ.

Ἃ δὴ ὁρῶν ὁ δῆμος, ὑπερέχαιρε [d] παννυχίζων τε καὶ ἑορτάζων, οὐκ εἰδὼς τὴν τοῦ

que quos habebat cum gemmis pretiosis, balteum item et quidquid pretiosum gestabat ademtum sibi, imposuit illius tumulo.

Quae cernens populus, gaudebat supra modum, pervigilia festumque celebrans: igna-

c) Ms. Ba. καὶ ζωστῆρας τὲ πολυτελεῖς, ἔφερε περιελὼν ἑαυτοῦ, καὶ ἐπεθ. v. N.
d) ὑπέχαιρε Bc. 1. mendose, v. N.

praep., tacente G. Th., cf. Ind. Iust., Noster ut in hoc gen. peculiare quid habeat, sed ad analog. tamen, etiam in v. ἐχ. cum δακτ. (quo de v. Xen. Z. Pol. Diod. S. Geop. et Fi. The.) ut que variet per brevitatem hic quandam cum 1, 17, 5. λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων et 5, 8, 13. διὰ — λίθων τιμ. πεποίκιλτο, cum sint annuli, lapidibus pretiosis ornati, distincti, instructi, cf. τιμ. cum λιθ., de ornatu corporis vel aedificio, L. N. T.

ζωστῆρας) Leisn. in m. Ox. „cur plural.?“ pro sing. hauddubie, ut in aliis subst. supra, ut Lat. *cingula* ap. Virg., cf. Heyn. ad Aen. 12, 942. et Poll. 7, 68. sed in notionem Bg. e P. cf. Spanh. ad Call. h. in Del. v. 183. ubi et de alia, ignorata a Stp. Th., de perf. (*succinctis*) ex h. in Ap. v. 85., cum Ind. Herdt. Soph. Ai. Orph. Suid. et Hes., unde, praeter P. sing., in Excp. ap. Suid. 1, 233. e. καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ Ἀλ. μν., τήν τε χλαμύδα, ἣν ἐφόρει, καὶ τοὺς δακτυλίους, καὶ τὴν ζώνην, καὶ εἴ τι πολυτελὲς, περιελόμενος ἐπ. τ. ἐκ. σ. per syn. sing., etiam adeo in pr. δακτ., sed in Vs. *et si* quid *praeterea* preciosum *gerebat*, dum Bg., secus ac P., in εἴ τι per syn. iterum, cf. 4, 6, 7., addente P. libere adi. ἄλλο, cf. 3, 15, 6., e quo Bg. in περ., sed Sb. „sibi detrahens“ in quo cum adiunctis τὴν χλ. et δακτ. Noster ad analog. Sed in Ms. Ba. novitate multiplici (cuius nullum vestigium est ap. P., qui in extr. membro libere addit adv. *tum*, pro deinde, cf. 1, 13, 12. e.) debet primo tolli comma post πολ., ut cohaereant τὲ — ἔφερε καὶ ἐπεθ., valitura per se pro φέρων ἐπεθ., at καὶ, sequente τὲ καὶ supra 2, 10, 10. m. Ms. Ve. placitum, iungat acc. ζωσ. cum prioribus, sed τὲ non stet suo loco, sed praemissum, ut alias, pro ἔφερέ τε περ. ἑ. καὶ ἐπ., at denique sic pereat formula illa εἴ τι, cui auctor Ms. Ba. inimicus, cf. 3, 7, 18. e., totam mutationem illam susceperit, ubi manifesta vis apparet, et, sublatis semel istis καὶ εἴ τι, quia ἔφερε trahebatur ad superiora, tunc quoque in sq. addi debuit καὶ ante ἐπεθ. et adi. πολυτ. accommodari priori subst. ζωσ., dum lectio vulg. nihil in se habet vitiosi.

ἃ δὴ) Copulam hanc in transeundo et colligendo, pro Lat. *igitur*, opprimit Bg. iterum, ut 3, 11, 7., e P., libero illo etiam in numero plur. adiunctorum, dum respicit Noster per variationem in absoluto ὁ δημ. ad pr. cap. §. 18. i., ubi Excp. ap. Suid. 1, 233. e. ὁ δὲ δῆμος ἔχαιρεν, οὐκ εἰδὼς τὴν τούτου λανθ. γν. populus *vero* Alexandrinus *supra* mo-

βασιλέως λανθάνουσαν γνώμην. ταῦτα γὰρ πάντα ἐκεῖνος ὑπεκρίνατο [c], βουλόμενος τὸ πλῆθος αὐτῶν διαφθεῖραι. ἡ δ' αἰτία τοῦ λανθάνοντος μίσους τοιάδε τὶς ἦν. ἀπηγγέλλετο [f] αὐτῷ, διατρίβοντι ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἔτι [g], καὶ τοῦ ἀδελφοῦ περιόντος, καὶ μετὰ

rus imperatoris occultae vo-
2. luntatis. Haec enim omnia
ille ſimulabat, cupiens mul-
titudinem illorum diſperdere.
3. Cauſa autem latentis odii,
huiuscemodi quaedam erat.
Nunciabatur ei commoranti
Romae adhuc et fratre ſuper-
ſtite, atque etiam poſt eius

e) Colon Ms. Ba. f) Ita et Ms. Ba. *Mart.* v. N. g) Ms. Ba. ἔτι καὶ τοῦ ἀδ. π. v. N.

dum *laetabatur*, ignarus, *quidnam* ille *occulti* conſilii *tegeret*, ad quae in N. e Io. Antiocheno afferuntur magis cum Vs. illa et textu noſtro convenientia haec, ὁ δὲ δῆμος ὁρῶν ὑπερέχαιρεν πάνυ. λ., pro quo v. Sch., inductus a Bc. 1. „ὑπεχ. laetus *ſupra* modum *erat*, ſ. *latenter* et *in* ſinu *gaudebat*" fere cum Stp. Th., ubi ſine auctore aeque ac noſtrum, quod v. ap. Ind. Sb. Luc. Acl. V. h. et Xen. Z. Cyr., cui add. 1, 3, 12. 1, 4, 8. Sed adiuncta duo particip. contrahit Bg. in phraſin e libero verbo cum ſubſt. duobus affinibus, quae ratio, ſervans notiones ſingulorum particip., melior eſt, quam P., ſumentis hendiad., cf. 1, 17, 13., ſed 2, 12, 5. in ſq. Bg. οὐκ εἰδ. e P., pro *ignorans* imperatoris *occultam voluntatem*, vel, quo Noſter reſpexerit, ap. G. Th. v. *anim.* 351, 46. latentem *animum*, ex Hor. *latentes* animi *ſub vulpe*, ubi P. liberior, cf. Dion. C. 1306, 21. ἐπικρυπτόμενος τὴν ὀργὴν λ.

ἐκεῖνος ὑπεκρ.) P., praeter oppreſſum pron., liber in v. ὑπ., at in βουλ. ut 4, 8, 8., quem deſerit Bg. in v. διαφθ., cf. 1, 17, 8. e., reſpiciente Noſtro in gen. pron. αὐτ. prioris cap. §. 18. i. nomen τῶν Ἀλεξ. cf. Dion. C. 1306, 16. καίτοι τὸν Ἀλέξανδρον ὑπεραγαπᾶν φάσκων, τοὺς ἐκείνου πολίτας μικροῦ δεῖν πάντας ἄρδην ἀπώλεσεν.

ἡ δ') Copulam adverſ. omiſit P. iterum, cf. 3, 11, 11., quem Bg. deſerit in rel., tum in pron. τοι., tum in ordine αἰτ. λ., ubi Noſter ad analog. in λανθ. cum μισ., cf. G. Th. v. *od.* — occluſum, — *occultum*.

ἀπηγγέλλετο) Scribo ἀπήγγελτο. *Steph.* qui clam iterum correxerit e P. plusqf., ubi per ſe cogitari poteſt confuſio in finibus, ſed tamen contra libros omnes tentandum nihil videtur, quia etiam alibi enallage temporum valet, et impf. pro plusq., ut Bg. hic retinet ipſe tempus vulg., cf. 1, 9, 1. m., in quo v. recte nemo haeret hic, nude illo poſito et ſine particula quadam transeundi, v. c. γὰρ, δὴ, οὖν, quae quippe ſaepius opprimuntur in demonſtrando. In ſq. διατρ. λ. variatur in praep. cum ἐ. ἐν τῇ Ῥ. 2, 14, 10. 3, 10, 3., in quam rem Sb. Ind. v. ἐπὶ, vertens hinc *Romae*, modo comparat ex Eutr. Met. 1, 8, 4. μηδένα ἐπὶ τῆς Ῥ. εἶναι, unde conficitur tantum enallage caſus, ſecundi pro tertio, qua de alibi; nihil me reperiente, quam v. διατρ. cum pr. ἐπὶ et dat. rei, ſed fere tropico ſenſu, ap. Stp. Th. 3, 1333. F. e. p. ſq. C. Poſſ. Call. p. 313. 732. e. Rs. Or. Ind. Dem. et V. 4. formulam ſyn. διατριβὰς ποιεῖ-

τὸν ἐκείνου φόνον, ὅτι ἄρα εἶεν πολλὰ εἰς αὐτὸν ἀποσκώψαντες. πεφύκασι δέ πως [h] εἶναι	caedem, eos nimirum multa in ipsum fuisse cavillatos: 4. natura autem quodam-

h) δὲ πῶς Par. cum Pat. v. N.

σθαι ἐπὶ ἰατρεῖον, unde hic modo scribatur ad analog. Quod autem Ms. tollit comma post ἔτι, ut id adv. pertineat ad sq. membrum demum, ubi et P. habet, saepe ille cum isto Ms. conspirans: primo arguit veterem in Codd. distinctionum absentiam, deinde habet postpositam καὶ copulam, vel pro *etiam*. In Bg. Ms. nulla fuit distinctio, sed tamen ordo vulg., qui sit vel de industria ambigue factus a scriptore, in medium coniecto adv., intra quae duas enunciationes, ne bis poneretur, vel similis illi supra 2, 1, 16. e., ubi idem ἔτι in extremo membro erat, sed Ms. idem tentabat. Ap. Nostr. quidem cum v. περ illud adv. iungitur, v. c. 3, 2, 9. 3, 8, 5., sed et abest, cf. 1, 5, 6. Tum solus Memmius animadvertit, pro τοῦ ἀδ. dedisse P. „*vivo* adhuc *patre*" qui in nomine pers. commiserit errorem, repertum mihi etiam in Vs. Lat. ed. Antwp., nec sublatum in Vs. castigata ap. Stp., sed recte a Bg., qui tamen e P. in sq. membro καὶ μετὰ λ. servat particulam s. adv. comparandi ὁμοίως, (cf. 4, 2, 14. m.) per syn. Lat. *etiam*, nisi solam καὶ copulam iterum sic duplici Lat. reddit, v. 4, 6, 7.

ὅτι ἄρα) Scommatum et dicteriorum valde impatiens Bassianus; id quod apparet cum ex auctore nostro 4, 6, 10. tum ex Capitolini Geta c. 6. (T. 1. p. 743. e.) ubi Helvii Pertinacis dictum altius in pectus Bassiani descendit, ut postea nece Pertinacis est approbatum. Quam periculosa sint dicteria in potentes auctoribus suis, ostendit Gruter. ad Tac. A. 5, 2. (extr.) Muret. V. L. 8, 16. *Leisn.*

Etiam in hac regione liber P. est, maxime in omisso ἄρα, cf. 2, 14, 9. et Excp. ap. Suid. 1, 233. c. ἔγνω γὰρ, ὅτι πολ. ἐς αὐτόν τε καὶ τὴν μητέρα ἀπέσκωψαν, contracta Nostri periphrasi in simpl. verbi tempus.

πεφύκασι) Plane, sicut de Antiochensibus supra 2, 10, 14. annotaverat, v. quae Cas. de Alexandrinis habet ad Athen. 4, 25. *Boecl.* Ex Isocratis Areop. circa med. p. 199. apparet, tales homines facetos, ad irridendum faciles et promtos, ea aetate εὐφυεῖς appellatos, (cf. laud. ad 4, 7, 3.) ab veteribus autem Atheniensibus δυστυχεῖς putatos fuisse. De dicacitate Alexandrinorum Seneca ad Helv. c. 17. *itaque* loquax *et* ingeniosa *in* contumelias *praefectorum* provincia, *in qua etiam, qui vitarunt culpam, non effugerunt infamiam.* De dicteriis, ab Alexandrinis in Vespasianum iactis, v. Xiph. 66. p. 749. B. Suet. Vesp. c. 19. (ubi ed. Burm. 2, 254. Torrentius etiam ad Nostr. respicit,) et ad h. l. Pitisc. De dicacitate Alexandrinorum accipiunt quidam Ovid. Trist. 1, 2, 80., de eadem Martial. 4, 42. Sed nescio an Ovidius alias potius delicias respiciat, quam iocos Alexandrinorum, quando ait: *Non ut* Alexandri *claram* delatus *in* urbem *Delicias* videam *Nile* iocose *tuas.* Iocis non satis convenit v. *videre.* Nec nequitias Niliacas ex Martial. l. l. huc traxerim. Cantica Nili potiori forte iure ex III, 63, 4. huc advocarentur. Ap. Ovid. tamen deliciae Nili possunt esse pueri Alexandrini dicaces illi, facti que et eruditi ad ioca et scurrilitates gratas dominis, ideo que care emti. Hinc eosdem Statius V. Silv. 5, 66. vocat Pharia de puppe loqua-

φιλοσκώμμονες [i], καὶ λέγειν εὐστόχως ὑπογραφὰς ἢ παιδιὰς [k], ἀποῤῥιπτοῦντες εἰς	modo sunt dicaces, facti que ad scite describendum et illudendum: iacientes multa in

i) Colon in Ms. Ba. k) Hoc comma in A. al. pro colo Stp. rel.

ces delicias. De his Barth. ad Stat. l. c. et quos multos ille citat p. 506. sq. Ad eorundem puerorum dicacitatem Statius etiam respicit II Silv. 1, 74. De Alexandrinis deliciis Quintil. 1, 2. ad Ovid. A. 2, 13, 7. p. 440. Aegyptiorum indolem describunt alii ap. Lloydum in Aegypt. *Leisn.* v. Cas. ad Athen. 4, 25. Simile de Syris in primis que Antiochenis narrat Herodian. 2, 10. *Stroth.*

De dicacitate Aegyptiorum et in primis Alexandrinorum, veteribus notata, cf. ad Dion. C. p. 1083., ubi sine Vs. locus Nostri profertur etiam, dante Bg. hic tantum Lat. ad φιλ. e P., qui δὲ pro γὰρ sumit, sed negligit particulam πῶς, cf. 3, 12, 2., qua de enclitica, per circumflexum in libris quondam scripta, alibi dictum, ut de v. πεφ. cum inf. supra, Thuc. Xen. Cyr. Plut. Krg., in quo, cum εἰν. et sq. λεγ. posito per analog., mutat Bg. v. φ. in subst. affinis merum abl., secus ac P., addito pron., quocum Stp. Th. 4, 265. D. m., sed in φιλ. sine Lat. Bg. et auctore, quem praeterea habui Luc., ad cuius Tim. laudat Barl. p. 205. nostrum locum, cf. Poll. *amans scommatum*, ut Suid. 3, 609. m. φιλοσκώμμονος, τὸ σκώπτειν φιλοῦντος, *qui* cavillationes *et* iocos *amat*, quod ad Nostr. referas, cogitato errore in litteris, φιλοσκώμμονες — φιλοῦντες.

λέγειν) i. e. describere alios et ludibrio habere ita, ut sentiant, se describi et ludibrio haberi, alios dicteriis ita petere, ut feriantur. Sic Alciphr. 3, 53. καὶ οὐκ ἠστόχησα, i. e. scopum meum attigi; perveni, quo tendebam; *non frustra fui*, (quod postr. ibi p. 399. e. in Bg. Vs. pro *nec aberravi*,) Aristaen. 1, 1. (i. l. 5.) de puella, ὁ Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην εὐστόχως ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς, *Cupido* edocuit *amatam* iaculari *telis* oculorum *felicibus*, (ut in Vs. ed. Pav. pro dextre, certo, oculorum coniectu, oculis ferire ita, ut consequaris, quod velis, movere amasium, amore incendere, et, quod Leisn. ad illum loc. iterum delerat, *feliciter* oculis *amorem venari*.) An ὑπογραφαὶ sunt *figurae* Suetonii in Vesp. c. 13. §. 1.? *Leisn.* Verbum λέγειν cohaeret cum πολλὰ inferius. Tum εὐστόχους, in accus. pluralis, malim, quod cohaereat cum ὑπογραφὰς, quod ipsum cum ἀποῤῥιπτοῦντες cohaerebit. Sunt autem ὑπογραφαὶ sic dicti *characterismi*, Schilderungen *der* Gemüthsarten *unter* erdichteten *Namen*, cuiusmodi morum et animorum quasi simulacra in fabulis scenicis repraesentantur. *Reisk.* Stephano in Thes. suspecta est h. l. vox ὑπογρ., quam interim Budaeum secutus *figuratum dictum et ridiculum* interpretatur. Varii utique sunt nominis ὑπογραφὴ sicuti verbi ὑπογράφειν significatus, quos docent Bud. et Stp. in quibus tamen unus est, quem apud hos frustra quaeres, cum vero diligenter observavit Cas. ad Strabon. l. 1. ad Athen. l. 12. ex quo optime, quae vis h. l. nomini ὑπογραφὴ insit, derivari potest. Nimirum ὑπογράφειν perinde ac ὑπαγορεύειν est *tecte ac obscure*, *non vero claris* s. *expressis verbis aliquid innuere*. Sic Diod. S. l. 19. dicit μεγάλας ὑπογραφόντων ἐλπίδας, similiter Polybius notante Cas. ἐλπίδας ὑπογράψας τῷ μειρακίῳ. Pari ratione Clearchus ap. Athen. l. 12. in fin. p. 553. utitur verbo προϋπογρά-

τοὺς ὑπερέχοντας πολλὰ [1], optimates, quae festiva qui-
χαρίεντα μὲν αὐτοῖς δοκοῦντα, dem ipsis videntur, molesta
λυπηρὰ δὲ τοῖς σκωφθεῖσι. autem sunt iis, in quos di-

1) Ms. Ba. πολλὰ· χάρ.

φειν pro tacite innuere, sed v. Cas. et ad h. l. et ad Strab. p. 40. f. 67. Almelov. Hinc perspicuum est, ὑπογραφὰς h. l. esse tectas cavillationes et dicteria, s. eiusmodi sermones quibus obscure quis lacessitur. Cuiusmodi fuit *Germanici* cognomen, quod non nulli ita interpretabantur, quasi ob occisum fratrem *germanum* sic appellaretur. Simili ambiguitate etiam *Geticus Maximus* dictus est, quum et *Getas* s. Gothos levioribus praeliis vicisset, et fratrem *Getam* interemisset, v. Spartian. Carac. et ad eundem Cas. observat. *Stroth.*

Qui et in N. Chr. „suspectum est hoc vocabulum H. Steph., sed aliud substituere non audeo, (et ib. Ind.) ὑπ. *eine* satyrische *Schilderung*, — παιδ. ein *Scherz*" sed Sch. „π. dicteria festiva, ὑπ. descriptiones (hoc unum ex Ind. Sb.) cavillandi animo dictas" at ap. Suet. l. l. *causidicorum* figuras — *lenissime tulit* Cas. in N. „Herodianus, ut videtur ὑπογραφὰς l. 4. nominat, Suidas σκώμματα ῥητόρων, Graeci ὑπονοίας" tum ap. Bud. C. 831, 27. „ὑπ. qua dictione Herodianus pro figurato dicto et ridiculo usus est l. 4." hinc sine Vs., et Stp. Th. „ὑπ. *fig. dictum et rid.* Bud. interpr. ex Herodi. l. 4. καὶ λεγ. — παιδ. Sed vereor ne mendose legatur ibi ὑπογραφὰς" qui forsan cogitabat ἐπιγραφὰς e Vopisc. in Saturn. c. 7. T. 2. p. 718. e. *sunt enim* Aegyptii — *viri* ventosi, furibundi, iactantes, *iniuriosi*, atque adeo *varii*, liberi, *novarum* rerum *usque* ad *cantilenas* publicas *cupientes*, versificatores, *epigrammatarii*, ad quod postr. Cas. in N. 7. „qui versibus et epigrammatis enormi libertate in principes suos et magistratus ludant." Sed salva est utique lectio vulg. Nam primo ipse Stp. Th. tenet notionem, qua sit „descriptio primae manus et delineatio, rudis et crassa adumbratio" in qua inest illa vis pr. ὑπὸ, quam et Stroth. attulit, ut in Lat. *sub*, quae vis tamen deinde neglecta, ut in aliis, videtur, ut pro quavis descriptione et depictione poneretur, cf. Ind. Polb. et Poll. 7, 128., unde recte Rsk. interpretatus et Bg. e P. Verum deinde e contextu hic, et maxime e sqq., definietur notio magis, ut sit descriptio morum pravorum, vitiorum ac scelerum, qua quis tecte obscure que culpatur, quam notionem Bud. retinuit fere etiam L. Ern., eo que consilio Noster adiunxit rel. pro quadam interpretatione, ubi παιδιαὶ sane sunt species prioris, ioci mordaces, et dicteria ludicra s. ridicula, ab alia parte rem cogitante Nostro. Quae cum eiusmodi sint, ut per illa involucra atque integumenta tamen appareat et agnoscatur is, qui perstringitur: tum iis convenit adv. Nostri εὐς., quod h. l. i. q. apte, personae que convenienter, nostratibus quoque *treffend*, (pro Ind. Stroth. „*fein*, *sinnreich*") ex eodem tropo et iaculantium scopo, qua physica notione cf. ap. Ios. 2, 295. s. 5. l. 4. *certo ictu*, ut tropice ib. 1, 405. l. 6. *apposite*, ap. Luc. vero etiam de dictis 1, 26. l. 40. *directe*, et 3, 115. i. πρὸς σὲ ε. εἰρημένον, *apte*, quod Lat. cum Bg. tenet Stp. Th., sed sine auctore, cf. Ind. Sb. Luc. Diod. S. 1, 39. l. 41. cum Poll. 6, 205. *coniecturaliter*, iungente id Nostro ad analog. illam ap. Luc. cum v. λ., ubi Sch. „dicere *ioca*, εὐς. *dextre* dicere *illusiones*" dum id

τῶν μὲν γὰρ τοιούτων κνίζει [m] μάλιστα, ὅσα ἐλέγχει τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀλήθειαν.	cuntur. Nam in hoc genere urunt maxime, quae arguunt delictorum veritatem.

m) Ms. Ba. κνίζειν μαλ. sed Ve. κακίζειν μαλ. v. N.

adv. opprimit P., e quo Bg. retinet formulam aliam et copulam iterum meram loco ἢ, pro *natura vero quodammodo sunt dicaces, et proferunt* apte *descriptiones* aut *dicteria*; dum licuit adeo e Lat. usu cum Sch. servare ad v. λεγ. severum, quia habent *dicta* et *dicteria dicere*; quanquam v. λ. proprie non convenit cum subst. ὑπ., sed iungitur et hic verbum duobus subst., quorum uni tantum per se aptum sit, et per analog. modo v. λ. cum utr. et forsan Lat. Per quae non opus est ingenio Rsk., dum sensus e vulg. existit bonus et idem, ac cum libris omnibus vetusta servat quoque P. per libertatem tamen aliquam suam, unde Bg. pauca, liber et ipse in ordine adi. πολλ. et in v. σκ., ubi et Stp. Th. e P., pro *irrisis* s. *iis*, *qui* sunt *irrisi*, cf. pass. ap. The. Ch. et Plut. Hs., sed in v. ἀπορῥ. physico sensu, praeter Suid. 1, 291. m., L. N. T. Ind. Hesd. The. Ch. Luc. D'Orv. Ch. et in criticam rem et confusionem Geop. ut in med. Orph., sed tropico Hom. cum Ael. V. h. at de dictis, ut h. l., praeter Suid. 1, 255. e., maxime ap. Ael. V. h. 12, 57. i. πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰς αὐτὸν ἀπεῤῥίπτουν, *multa* et *acerba* in *eum* convicia *coniiciebant*, cf. Ind., ubi Bg. per syn. e P., sed cum eo in χαρ., quod de scommasi etiam v. ap. Cas. ad Ath. 2, 418. cf. ib. p. 4. e. Ind. Sb. et ej. Dion. H. T. 1. Ael. V. h. cum p. 372. N. 6. it. Luc. cum 2, 696. N. 30. it. 3, 359. N. 14. Dem. Xen. Cyr. M. S. et 'Αγβ. Diod. S. Plut. Hs. et Krg. Hom. cui add. 'Ιλ. ά, 39. 'Οδ. γ', 58. έ, 231. Hesd. Call. Orph. Mus. Theogn. cum Suid. et Hes. sed in rem poëticam Ammon.

τῶν μὲν γὰρ) vellicant, exulcerant, aegritudinem afferunt. Simili metaphora τὸ δάκνειν Graecis, e. g. Chrys. Homil. in 2 Cor. 4, 13. οὐδὲν οὕτω δάκνει τὴν ψυχὴν, ὡς ὄνειδος, οὐδὲν οὕτως τήκει (f. Ξήγει, instigat, *irritat*,) τὴν ψυχὴν, ὡς σκώμματα. Sic Cic. Tusc. 4. (Gs. Th. v. *mordeo* 3, 82.) *si paupertas* momordit, *si* ignominia *pupugit*. Τῶν ἁμ. τὴν ἀληθ. Apul. Mil. 10. p. 215. vocat *criminum veritatem*. Tac. A. 15, 68. (e.) asperis *facetiis* illusus, *quae*, ubi *multum* ex *vero* traxere, *acrem* sui *memoriam relinquunt*, quae sententia exemplis illustratur ibi ab Intpp. v. et ib. 5, 2. (e. *acerbae facetiae*.) Ea molestissime homines ferre solent, quae ipsorum culpa contracta sunt. *Leisn.* Venet. male κακίζειν. De istius verbi potestate v. Reines. Var. l. 3. p. 417. *Stroth.*

Quem Rein. locum etiam in m. Ox. laudarat Leisn., agens super h. l. etiam in Progr., ubi Bg. omittit e P. solitarium stans iterum μὲν, deferens eundem in rel., per libertatem in pron. τῶν τοι., ubi sane tacite respicitur subst. aliquod omissum, sed non necessario illud a P. adiunctum *iocorum*, quasi pertineat ad pr. παιδιᾶς, dum latet in pr. adi. πολλὰ et φιλοσκωμμ. it. in v. v. σκωφθ. et ἀποσκωψ. subst. affine σκωμμάτων, unde Leisn. in Ox. „*ea* dicteria *vel* maxime *pungunt*" pro quibus servassem *nam* talium *quidem*; post P. illa addente Sch. in „κν. *pungunt* s. *mordent* instar urticae" fere ex Ind. Sb. „mordere, *pung.*" et e Stp. Th. 2, 278. A. m., qui deinde hinc sine Vs., cf. Foes. p. 208. b. m. Hes. Suid. 1, 696. m. 2, 334. e. Palm. Ex. p. 806. m. Ind. Herdt. cum N. D'Orv. Ch.

πολλὰ τοίνυν αὐτὸν [n] ἐκείνων 5. Cum ergo varie ipſum σκωψάντων ἔς τε [o] τὴν τοῦ ἀ- cavillati fuiſſent etiam ob

n) Ms. Ba. ἐκείνων αὐτὸν σκωψ. v. N. o) In Ms. Ba. ἐς τὴν τ. ἀδ. abeſt τε, quod Stp. male habet. *Mart.* v. N.

Plut. Krg. Luc. ſed in rem criticam et confuſionem D'Arn. An. Cr. p. 205. i. cum Lyco. v. 608. Sed Mss. res primo communis eſt in confuſis iterum ει et ειν, cf. 2, 12, 10., deinde peculiaris in Ms. Ve. vel e lapſu ſcribae, vel per gloſſam, ut Schol. Ar. Veſp. v. 1277. ἔκνισε, ἀντὶ τοῦ ἐκάκισεν, ab h. l. tamen alienam, cui convenit potius Heſy. 2, 286. e. κν., λυπεῖ, quod per variationem i. q. phraſis pr. λυπηρά ἐστι, ad ſenſum recte explente P. pron. demonſtr. ante ἐσ., ſed libere iterum agente in ſq. ἐλ., ubi ad analog. modo ſcribitur et in v. ἐλ. cum ἀλ. et in hoc cum ἀμ.

πολλὰ) Hoc adi. ſervans P., tamen deinde alia mutat, (et ex eo partim Sch. v. σκ. „quum *per* modum *cavilli* multa *in* eum *dixiſſent*") ut Bg. adi. id in adv., ex Apulei. ap. G. Th. in v. *cavill.* cum Gr. n., neceſſario quidem, dum Lat. non habent illum acc. cum ſuis v. v., et Gr. ille, ad analog. modo adiunctus a Noſtro, (cf. Xen. Cyr. 5, 2, 18., et ſupra 2, 7, 4.) ſupplendo pr. κατὰ, pro adv. haberi poteſt. Sed Ms. alius ordo, in aliter locato pron. iterum, cf. 3, 8, 9. i., nihil laevitatem iuvans, modo pertinere videtur ad rectionem, ut accuſ. ſit propior ſuo v., nihil definiente P., qui et alterum pron. gen. oppreſſit cum Bg., ubi olim reſtituemus, cum, ut Gr., ſic et Lat. addant, etſi per ſe minus neceſſarium, niſi quoad eſt in oppoſitis.

ἔς τε) Fortaſſe ſcripſit Herodi. ἔς τε ἄλλα καὶ τὴν τ. ἀδ. ἀι. *Steph.* Dele τέ. Illi accumulati genitivi conſequentiae efficiunt anacoluthum, etiam a Latinis frequentatum. Nam recta conſtructio poſtulabat ἐκεῖνοι σκώψαντες et καλοῦντες et χλευάζοντες et αὐτοὶ δοκοῦντες — tum recte ſequitur ἠνάγκασαν. *Reisk.*

Copulam, etiam a P. oblique expreſſam, ſed a Ms. eiectam, ut alibi, dedit Bg. non per meram illam Lat., ſed e Stp. m. fere per voculam, qua innuitur additio quaedam, tacite in mente cogitatis aliis ſimul, quo redit illa Stp. emendatio Gr., etiam Vs. Lat. in m. P., ubi leniſſima ratio ſit, ſumere τὲ pro Lat. *id que*, quo de alias, et comma figere poſt σκωψ., dum illa Stp. Gr. latent iam non modo in noſtro hoc Lat., ſed quoque in pr. πολλὰ, ad hanc ſententiam, quia igitur tum multis modis ipſum illi riſerant, tum etiam praecipue ob fratris caedem; vel, ſi πολλὰ ad ſqq. videatur pertinere, et per ſubiecta quaedam exempla explicari, tum τὲ ſimiliter retinebitur illo Bg. aut noſtro ſenſu, immo et pro mera copula *que*, ſubintellecto adv. *praecipue*, et in primo membro v. σκ. ponetur modo cum acc. perſ., ſed in hoc membro etiam cum pr. ἐς, recte a Bg. intellecta pro διὰ, qua notione ſolennis eſt in verbis laudandi et vituperandi, quo et pertinet noſtrum v. σκ.; ubi Stp. Th. modo rectionem hanc tenet, non item illam Bg. praep. 3, 886. E. m., cf. tamen ib. 1, 1156. G. e. Bud. C. 1463, 16. L. Boſ. Obſ. M. p. 50. Vig. p. 573. i. cum N., quae inclinat potius pro κατὰ, ut Schw. L. N. T. p. 419. N., Abr. ad Aeſch. 1, 663. m. it. Dl. Th. p. 795. e., ad Luc. 1, 581. N. 22. it. 2, 502. N. 38. cum Ind. v. εἰς e. et ib. cum ἐς quoque 1, 403. l. 61. Fi. ad Well. p. 364. i. Poſſ. Call. p. 490. 516. m. Ind. Thuc. in N. v.

δελφοῦ ἀναίρεσιν, καὶ τὴν πρεσβύτιν [p] Ἰοκάστην καλούντων [q], ἐκεῖνον δὲ [r] χλευαζόντων, ὅτι δὴ, μικρὸς ὢν, Ἀλέξανδρον καὶ Ἀχιλλέα, γενναιοτάτους

fratris caedem: ac ipfam quidem anum, Iocaftam appellarent, illum autem irriderent, quod nimirum parvus homo Alexandrum et Achillem for-

p) πρεσβύτην A. al. cf. 4, 6, 6. q) Colon in Ms. Ba. r) Ms. Ba. ἐκ. δὲ πάλιν χλ. v. N.

εἰς, et Ael. V. h. ib. b. i. et v. σκ. fed Rs. Or. V. 4. et Dem. v. εἰς Nr. 2., qui ignorat v. σκ., quo de add. 558, 21. per fyn. praep. εἴς σε ἐπὶ τούτοις ἔσκωψεν, ut Dion. C. 1306, 18. ἀκούων γὰρ, ὅτι διαβάλλοιτο καὶ σκώπτοιτο παρ᾽ αὐτῶν ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ οὐχ ἥκιστα τῇ ἀδελφοκτονίᾳ, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

τὴν πρεσβύτιν) quod fcil., ut Iocafta Oedipo filio, ita Iulia Antonino privigno nupta effet. *Memm.* Propter Antonini nuptias cum matre initas, perditiffimae libidinis femina. *Oxon.* Cur Alexandrini Iuliam Domnam per ludibrium Iocaftam nominarunt? De Iocafta Creontis filia, Laii Thebanorum regis uxore, Oedipi matre, Diod. S. IV, 66. fq. et alii haec narrant: Oedipum per imprudentiam matrem fuam uxorem duxiffe, duos que ex ea filios, Eteoclem et Polynicem, duas que natas, Antigonen et Ismenen, procreaffe. Duos illos fratres, lite de regno et mox bello orto, mutuis vulneribus concidiffe. Crediderim ergo, etiam Alexandrinis fufpicionem iniectam fuiffe, quafi Caracalla matris inceftis amoribus implicaretur. Sic demum Iulia fimillima Iocaftae. Iocaftae duo filii duae que filiae fuere. Itidem Iulia genuit Caracallam et Getam et duas Septimias, quas Severus dotatas maritis, Probo et Aetio, dedit, Spart. in Severo c. 8. Quatuor liberos Severi et Iuliae exhibet numus ap. Beger. p. 696. Iocafta duos filios in concordiam redigere non potuit, Eteoclem et Polynicem. Aeque infeliciter res proceffit Iuliae in reconciliando Caracalla cum Geta. Quodfi verum effet, Caracallam, mortuo Severo, matrimonio fibi iunxiffe Iuliam, ut funt aliqui, qui hanc ἀθεμιτογαμίαν exprobrent Iuliae: tum et hoc nomine fimilis ea Iocafta foret. Sed fcommatum ftudiofis fatis effe potuit ad comparandam Iuliam cum Iocofta, quod neutra filios difcordes reconciliare potuit. *Leisn.* Scil. Iuliam matrem eius, qua cum in matrimonio vixiffe eum, quemadmodum Oedipus cum Iocafta, narrat Eutrop. 8, 11. *Stroth.*

Qui et in N. Chr. „Haec eft Iulia, noverca Caracallae, quam eum in matrimonio habuiffe Eutrop. narrat l. c. propterea que eam Iocaftam dixerunt Alexandrini, quia haec quoque, licet infcia, filium Oedipum maritum habuiffe dicitur; hiftoria eius notiffima eft, v. Suid. et Eur. Phoen.“ cf. Spart. in Sev. c. 10. p. 730. *intereft fcire*, quemadmodum *novercam* fuam *Iuliam* uxorem *duxiffe* dicatur. — *Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus eft, nuptias que eas celebravit*, rel. Matrem *enim* — *non* alio *dicenda* erat *nomine* — duxit *uxorem*, ad quae Cas. N. 4. „hoc ideo adiicit, quia re vera non mater, fed noverca fuit.“ Hic quidem P. addidit ftatim cum libertate alia „matrem *que* etiam *Iocaftam* vulgo *appellarent*“ qua de cf. ad Dion. C. p. 1285. §. 85. et 1304.

καὶ μεγίστους ἥρωας, ἐμιμεῖτο ſ, τοιαῦτά τινα παίζειν αὐτῶν δοκούντων, ὀλέθρια καὶ ἐπίβουλα κατ' αὐτῶν σκέψασθαι τὸν 'Αντωνῖνον ἠνάγκα-

tiſſimos et maximos heroas 6. imitaretur. Haec talia dum iocari illi ſibi videntur, perniciem et inſidias ipſis meditari Antoninum coëgerunt:

ſ) Hoc comma in A. 1. al. pro Stp. rel. colo aut puncto al., v. N.

§. 97. „Iuliam laudat ubivis Dio et Herodianus. Sed Latini ſcriptores tradunt, famoſam adulteriis fuiſſe, et filium ad libidinem et inceſtum matrimonium induxiſſe, Spart. Car. c. 19. (immo 10.) et Sev. c. 21. (p. 635. m. *Baſſianum* — qui *novercam*, matrem *quinimo*, — uxorem *duxit*,) Vict. Caeſ. 21, 3. Epit. 21, 6. Eutrop. 8, 11, 3. Oroſ. 7, 18. Euſeb. Chron. Sed de inceſtu non praeter rem dubitaveris" cf. ad Spart. in Sever. c. 18. p. 627. *uxorem* Iuliam *famoſam* adulteriis *tenuit* Salm. N. 3. b. e., it. Exc. ad 2, 15, 7. e., ut tamen Noſter, famam vulgarem iterum ſecutus, Alexandrinos ad inceſtum illum reſpexiſſe innuat, ubi et Bg. libere addit pron. et praeterea particulam μὲν, hauddubie ob ſq. δὲ, qua in cauſa opprimitur illa ſaepe, cf. 3, 3, 10. 13., variante Noſtro cum pr. v. σκ. hic per χλ., ubi Stp. Th. „irridentibus *ipſum*" partim e P., qui perimit ſq. δὴ, dux idem Bg. in ſq. addito ſubſt. ἄνθρωπος, pro particip., cf. 3, 3, 5., non autem referens novitatem Ms. in addito iterum aliquo adv., quod, nec elapſum a vicinia, nec a rel. Mss. praebitum, arguit gloſſam, ut illud πάλιν, pro *rurſus*, i. e. contra, acceptum, opponatur clarius, quam ſolum pron. ἐκειν., prioris membri nomini στρεςβ.. quo panno aſſuto facile carebimus, cum iam, praeter pron. ἐκειν., diſerta δὲ particula ſatis diſtinguat, etiam, ſi ſumatur illa Mss. pro *iterum* ſ. denuo, quaſi praemiſſa membra pertineant ad cavillationes priorum temporum, ubi Caracalla adhuc Romae degebat, v. §. 3., ſed hoc unum membrum referatur ad cavillationes, quas in Caracallam adhibuerint, praeſentem ap. ſe, ex actis que ab eo cap. toto pr. Sed ut Noſter in prioribus membris non adiecerat tempus nec particulam, id indicantem: ita et in hoc omiſerit, et, vel non monente Gloſſatore per πάλιν, lector aliquis attentus et memor prioris cap. poteſt colligere ipſe, haec pertinere ad recentes cavillationes. Caeterum ap. Beg. 2, 694. ſq. ſunt in numis Iuliae Domnae tum quartus, ubi eius conſecratio „per pavonem, Iunoniam avem, quae credebatur Auguſtarum animas in coelum deferre, (tum alius, hanc ad §. relatus, de) Iulia adultera."

τοιαῦτα) Quanquam tolerans ego numerum adhuc Bc. novae §., tamen modo ſeparavi haec a prioribus commate, quia conſtructio eſt continua per eosdem gen. conſq., et quia particula δὴ, οὖν, δὲ, alias in reditu ad priora ſolennis, ſaepe omittitur. Quod que ſupra voluit Rsk. anacoluthum, id non eſt neceſſarium, cum gen. conſq. tales contineant notionem cauſae, a Bg. e P. propterea ſtatim per particulas ſolennes expreſſam, quae adeo notio pro libertate et libidine a quovis ſcribente poteſt exprimi, ſive per particulam cauſalem, v. c. ἐπεὶ, ſive per participiorum aut nominativos aut gen. Sed Bg. hic quoque ſeverior eſt, quam P., ſervatis etiam omnibus pron., aliter tamen, quam ſupra, verſatus in τοι. τ., ubi iſta Lat. iuncta G. Th. 709, 75. modo ſemel habet, ſed

σαν, φύσει ὄντα ὀργίλον [t] καὶ φονικώτατον [u]. συμπανηγυρίσας [x] τοίνυν αὐτοῖς [y] καὶ συνεορτάσας, ὡς εἶδε πᾶσαν τὴν πόλιν πλήθους μεγίστου πεπληρωμένην [z] τῶν ἀπὸ πάσης περὶ αὐτὴν χώρας ἐκεῖ συνελ-

natura hominem iracundum 7. et valde sanguinarium. Cum itaque celebrasset cum ipsis festum, videns totam urbem multitudine maxima opple- tam, hominibus ex omni vicina regione ibi congregatis;

t) ὀργῖλον A. Stp. rel. sed nostro accentu Par. al. v. N. u) φονικὸν Mss. tres, v. N. x) Haec συμπ. — συνεορτάσας in Par. 1. et Ox. 1. mendose absunt. y) Comma hic A. Stp. rel. delevimus cum Bs. 2. v. N. z) Hic comma erat in Bs. 1. cum Ox. v. N.

diversi sensus, qualis alius item habetur in Sall. Iug. 31, 9. et in locis, a Cort. prolatis, qui neuter hic inest in Gr., variante iterum Nostro prr. χλευ. et σκωπτ. per v. παιζ. (quod ap. G. Th. in utr. Lat., P. et Bg.) et cum 1, 8, 10. e. ὀλέθρια βουλεύσασθαι ἑαυτῷ per adiunctum ἐπιβ. et aliud v. σκεψ., quod per analog. modo habet secum et istam praep. et illa duo adi., quorum postr. ἐπ. de re, ap. Stp. Th. tantum hinc sine Vs. et per aliam e memoria aut lapsu operarum lectionem ἠνάγκασεν, reperi per fem. ap. Dion. H. S. T. 1. sed per neutr. quoque ap. The. Ch., cf. de pers. Ind. Dion. C. Rs. Or. V. 6. Xen. M. S., sed in rem criticam et confusionem Dion. H. T. 2. cum D'Orv. Ch.

φύσει) Non improbandam putabam olim Cod. Ven. lectionem φονικὸν, quam nunc diligentiori rei consideratione reiiciendam iudico. Namque vel negligentiae vel sedulitati librarii potius tribui potest quam vulgata. *Stroth.*

Qui quidem in N. Chr. dederat „Cod. Ven. non male" sed recte in Obs. retractat sententiam, dum sane Mss. gradus alius est vel e lapsu, haerente in scribae mente adhuc priori gradu, vel potius ex ingenio, quod, respiciens eosdem gradus in pr. ὀλεθρ. κ. ἐπ., noluit copulari secum diversos, positiv. et superlat., saepius tamen etiam supra ap. Nostr. obvios, hic P. consentiente cum Mss. vel e Cod. aliquo eodem, vel per libertatem, e quo Bg. iterum, ut §. pr., ad partip. ὄν. Sed in adi. ὀργ. nullibi deprehendi circumflexum, sed modo acutum, ap. ipsum Stp. Th., L. N. T. Hesy. Foes. Dem. et Luc. cum 1, 586. N. 71., non bene deferente P. ordinem Gr. membrorum.

Verum de secunda classe Sch. „ἀεὶ notat etiam continuationem non tam *temporis*, quam *magnitudinis*" ex loco ipso hoc, quem numeri in fronte disputationis referunt. Ibi Sch. tum errat in parte extr., cum debuerit potius dicere *ordinis*, s. *consecutionis*, s. *successionis*, tum nullum adiicit Lat. aliud, quo notio ista declaretur breviter ac perspicue. Scilicet de *tempore* manifestum est ibi non agi, at nec de *magnitudine*, ob adiunctum μεῖον, in quo demum oblique inest illa magnitudo, ut opposita parvitati et brevitati. Quoniam ibi potius sermo est de unius aedificii pluribus tabulatis ac partibus, supra se positis: patet illa notio altera, quam proposui; ubi valeant Lat. singula *continuo* s. *deinceps*, it. syn. *ordine*, it. plura, *ex serie*, it. *quovis loco*, it. *aliud* ex *alio*.

Haec quidem notio ducta est a Nostro per analog. et ad rem translata suam, atque adeo ad aediculam istam, ab illa, quae alias de pers. adhibetur aut etiam de aliis rebus, cum ἀεὶ valet de perpetua quadam successione, s. de succedentibus sibi invicem serie continua, ubi plerumque, maxime in pers., cogitari potest tamen etiam tempus aliquod; unde et reddunt quidam illis Lat. *quovis* s. *quoque tempore*, it. *unus* post *alium*, aliis ve, singulis aut pluribus Lat., cf. Cas. ad Ath. 2, 411. e. sq. „οἱ ἀεὶ ὕπατοι, *consules* cuiusque *temporis*, s. *singuli* consules" Wolf. ad Rs. Or. V. 3. p. 517. N. 2. V. ad Herdt. p. 353. N. 16. Wess. ad Diod. S. 2, 456. N. 12., ad Thuc. Duk. p. 277. N. 78. cum Abr. Dl. A. p. 218. m. it. Ind. Bau. Or. Sb. et Xen. Z. Cyr. it. Ἀιβ. Gottl. Plat. Men. p. 31. b. N. 74. et Pericl. Or. 78. N. 24. cum Ind. et L. Ern., ut ap. Hsy. v. αἰεὶ est nominatim συνεχῶς, quod comparavimus ad 6, 4, 3. e.

4, 2, 19.

πυῤῥίχῳ ὄρχῳ καὶ ῥυθμῷ.

Πυῤῥίχιος, a πυῤῥίχη, species saltationis, ita dictae a Pyrrho, auctore eius. Iul. Poll. Onom. 4, 14. πυῤῥίχη τὲ καὶ τελεσίας, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου τὲ καὶ Τελεσίου, *Pyrrhicha* et *Telesias*, cognomina *sunt* duorum *saltationis* iudicum, *Pyrrhichii* scilicet *et Telesii*, et c. 13. πυῤῥίχη εἶδος ἐνόπλου ὀρχήσεως, *Pyrrhichia* s. tripudiatio, *species* est *saltationis*, quae *in* armis *fit*. Ind. *Scheid.* (cum Vs. P.) De πυῤῥίχῃ v. Spanh. ad Callim. p. 22. sq. (Ern. ed. T. 2. p. 50. i.) et ad Arist. Nub. 651., de rhythmo idem ib. v. 638. et Gesner. ad Quintil. 9, 4. p. 465. Isidorus Orig. 1, 16. *Pyrrhichius* dictus est, quia hic assidue vel in certamine, vel in ludo puerili saepius frequentabatur: sive ab igne appellatur, qui graece πῦρ dicitur, quia veluti ignis celeriter labitur. Hinc ludum puerilem glossae B. interpretantur πυῤῥίχην. inscite. Hesych. in πυῤῥιχίζειν. τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν καὶ σύντονον πυῤῥίχην ἔλεγον, οἱ μὲν ἀπὸ Πυῤῥίχου τοῦ Κρητὸς, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ διάπυρον εἶναι, οἱ δὲ ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως· ἐφησθέντα γὰρ τῶν Εὐρυπύλου φωνῶν, ὀρχήσασθαι φησὶν Ἀρχίλοχος, ὅθεν καὶ ὁ πυῤῥίχιος ποὺς ὠνομάσθη, *cum* armis *saltare*. Armatam saltationem et contentam Pyrrhichen dixerunt, alii a Pyrrhicho Cretensi, alii, quod sit calida, alii a Pyrrho, Achillis filio. Delectatum quippe Eurypyli vocibus saltasse eum dicit Archilochus. Unde et Pyrrhichius pes est *nominatus*, v. et Suid. et Hephaest. Schol. Aristides Quintil. 1. p. 37. προκελευσματικὸς δὲ, ὁ καὶ πυῤῥίχιος, ἀπὸ τοῦ κἀν ταῖς πυῤῥίχαις, κἀν τοῖς ἀγῶσιν αὐτοῖς χρῆσθαι, *proceleusmaticus*, qui et pyrrhichius, quod cum in bellicrepis saltationibus, tum in certaminibus eo *utantur*. Aristid. Quintil. 1. p. 31. ῥυθμὸς τοίνυν καλεῖται τριχῶς. λέγεται γὰρ ἐπὶ τῶν ἀκινήτων σωμάτων, ὡς φαμὲν εὔρυθμον ἀνδριάντα, κἀπὶ πάντων τῶν κινουμένων. οὕτω γὰρ φαμὲν, εὐρύθμως τινὰ βαδίζειν. καὶ ἰδίως ἐπὶ φωνῆς, περὶ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν. ῥυθμὸς τοίνυν ἐστὶ σύστημα ἐκ χρόνων κατά τινα τάξιν συγκειμένων. καὶ τὰ τούτων πάθη καλοῦμεν ἄρσιν καὶ θέσιν, ψόφον καὶ ἠρεμίαν etc. *rhythmus* appellatur tripliciter. Nam et de immobilibus corporibus dicitur, ut *eurhythmon* — affabre factam — appellamus statuam, tum de omnibus, quae moventur. Ita enim dicimus, composite aliquem incedere: at proprie de voce. De quo rhythmo nunc dicere est propositum. Rhythmus igitur est, qui constat ex temporibus aliquo ordine coniunctis. Huius affectiones dicimus elationem et positionem, strepitum et *quietem* etc. *Leisn.* Lucianus de salt. c. 9. εἰπεῖν ἱκανὸν ἡγοῦμαι τὸν Νεοπτόλεμον, Ἀχιλλέως μὲν παῖδα ὄντα, πάνυ δὲ διαπρέψαντα ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, καὶ εἶδος τὸ κάλλιστον αὐτῇ προστεθεικό-

τα, Πυῤῥίχιον ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένον. Eundem enim Pyrrhum vocatum esse, tirones vel ex Virg. scire possunt. Alii Pyrrhicho cuidam Cretensi inventionem armatae huius saltationis tribuunt, in quibus est Eustathius ad Il. I. τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν, ἥτις ὑπὸ Κουρήτων κατεδείχθη, Πύῤῥιχος συντάξας, πυῤῥίχην ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκάλησεν, et Nicol. Damascenus ap. Stobaeum p. 292. οἱ δὲ κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι — καὶ τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονοῦντες, ἥν τινα πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος Κυδωνιάτης, Κρὴς τὸ γένος. Alii vero eundem Lacedaemonium dixerunt, in quibus fuit Aristoxenus quem laudat Athenaeus Deipn. l. 14. p. 630. Saltationem eiusmodi in sacris ac caerimoniis adhibitam esse a Romanis testatur simul que eam depingit Dionysius Hal. Ant. Rom. l. 7. c. 72. ἠκολούθουν δὲ τοῖς ἀγωνισαῖς ὀρχηςῶν χοροὶ, τριχῇ νενεμημένοι, πρῶτοι μὲν ἀνδρῶν· δεύτεροι δὲ ἀγενείων· τελευταῖοι δὲ παίδων· οἷς παρηκολούθουν αὐληταὶ ἀρχαϊκοῖς ἐμφυσῶντες αὐλίσκοις βραχέσιν, ὡς καὶ εἰς τόδε χρόνου γίνεται, καὶ κιθαρισαὶ λύρας ἑπταχόρδους ἐλεφαντίνας, καὶ τὰ λεγόμενα βάρβιτα κρέκοντες. — Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἐν ἁπάσαις φυλάττεται ταῖς ἀρχαίαις θυηπολίαις. σκευαὶ δὲ τῶν ὀρχηςῶν ἦσαν χιτῶνες φοινίκεοι, ζωςῆρσι χαλκέοις ἐσφιγμένοι, καὶ ξίφη παρηρτημένα, καὶ λογχαὶ βραχύτεραι τῶν μετρίων· τοῖς δ' ἀνδράσι καὶ κράνη χάλκεα, λόφοις ἐπισήμοις κεκοσμημένα καὶ πτεροῖς. ἡγεῖτο δὲ καθ' ἕκαστον χορὸν εἷς ἀνὴρ, ὃς ἐνεδίδου τοῖς ἄλλοις τὰ τῆς ὀρχήσεως σχήματα πρῶτος, εἰδοφορῶν τὰς πολεμικὰς καὶ συντόνους κινήσεις ἐν τοῖς προκελευσματικοῖς ὡς τὰ πολλὰ ῥυθμοῖς. Ἑλληνικὸν δ' ἄρα καὶ τοῦτο ἦν ἐν τοῖς πάνυ παλαιὸν ἐπιτήδευμα, ἐν ὅπλοις ὄρχησις ἡ καλουμένη Πυῤῥίχη. Speciem ac gesticulationes corporum que motus saltantium optime describit Plato de leg. l. 7. p. 638. Lugd. ed. τὴν πολεμικὴν — ὄρχησιν — πυῤῥίχην ἄν τις ὀρθῶς προσαγορεύοι· τάς τε εὐλαβείας πασῶν πληγῶν καὶ βολῶν ἐκνεύσεσι καὶ ὑπείξει πάσῃ καὶ ἐκπηδήσεσιν ἐν ὕψει καὶ ξὺν ταπεινώσει μιμουμένην, καὶ τὰς ταύταις ἐναντίας, τὰ ἐπὶ τὰ δραςικὰ φερομένας αὖ σχήματα, ἔν τε ταῖς τῶν τόξων βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ἐπιχειρούσας μιμεῖσθαι. Saltatores quoque nonnunquam videntur gesticulationibus fabulas vetustas retulisse. Certe Torrentius sic explicat Suetonii locum l. 6. c. 12. *Inter Pyrricharum argumenta, taurus Pasiphaën ligneo iuvencae simulacro abditam iniit, ut multi spectantium crediderunt. Icarus primo statim conatu iuxta cubiculum eius decidit, ipsum que cruore respersit.* Cantus ad quem saltabant, s. ῥυθμὸς lyrici generis erat, ut testatur Athenaeus l. c. τρεῖς δ' εἰσὶ τῆς σκηνικῆς ποιήσεως ὀρχήσεις, τραγικὴ, κωμικὴ, σατυρικὴ. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως τρεῖς, πυῤῥίχη, γυμνοπαιδικὴ, ὑπορχηματικὴ· καὶ ἔςιν ὁμοία ἡ μὲν πυῤῥίχη τῇ σατυρικῇ· ἀμφότεραι γὰρ διὰ τάχους· πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυῤῥίχη. Bellicum quid etiam carmina ipsa sonabant, quare Phrynichus quum eiusmodi carmina τοῖς πυῤῥιχιςαῖς ἐπιτήδεια καὶ πολεμικὰ composuisset, dux exercitus electus est, quia credebant, ὅτι τῶν πολεμικῶν ἔργων ἡγήσεται καλῶς, ὅπου μὴ ἀπάδοντα τοῖς ἐνοπλίοις ἀνδράσιν εἰργάσατο τὰ ἐν τῷ δράματι μέλη τε καὶ ποιήματα, teste Ael. V. h. 3, 8. Videant, qui plura cupiunt ex veteribus in primis Platonem et Athenaeum ll. cc. porro Strabon. l. 10. p. m. 468. Xenoph. Exped. Cyri l. 6. c. 1. Dionem Chrysostomum Orat. 2. de regno, Agathiam Hist. Iust. l. 2. Heliodorum Aeth. 3. Ulpianum Enarr. in Demosth. Olynth. 2. Scholiasten Lycophr. ad Alex. 249. Suetonium l. 1. c. 39. Plinium H. N. 7, 56. Solinum c. 17. Ammianum Marc. l. 16. ubi ait: *artem modulatius incedendi per pyrrhicham concinentibus discere fistulis*, Spartianum in Adriano c. 19. et Apuleium Miles. 10. cuius inter alia haec: *Pyrrhicham saltantes — nunc in orbe rotarum flexuo-*

si, nunc in obliquam seriem connexi, et in quadratum patorem cuneati, et in catervae dissidium separati etc., ex recentioribus praesertim Alexandrum ab Alex. Genial. dier. 6, 19. Salmasium Plin. Exercit. p. 119 sq. et ad Spartianum, Meursium Miscell. Lac. l. 2. c. 12. Comment. in Lycophr. Cassandr. p. 57. et in Orchestr. p. 63. Scaligerum Poët. 1, 18. Causabonum ad Athen. et Spartian. Lindenbrogium ad Ammian. Marc. Iungermannum ad Polluc. ac Perizonium ad Aelian., ut multos alios taceam. Hoc loco autem non de ipsa saltatione, sed potius de motu illi simili sermo esse videtur. *Stroth.*

Ego vero haec notaram, Gs. Chr. Ind. „saltationi armatae, quae πυῤῥίχη similis" Poll. 4, 96. πυῤῥίχη, εἶδος ἐνόπλου ὀρχήσεως, iterum que 4, 99. ad quem cf. N. 6. Suid. 3, 244. m. Hes. 2, 1088. m. cum N., Stp. Th., Athen. l. 14. p. 630. D. cum Cas. N. 1, 799. et 2, 902. i. Xen. Ἀν. 6, 1, 7. ed. Mor. cum N. et Ind. it. ed. Z., Dion. H. Rs. V. 3. 1488, 6. cum Ind. Sb. T. 1. it. Lat. v. *Curetes*, Ael. V. h. 3, 8. p. 211. N. 5. cum Ind. v. πυῤῥ. it. μέλος, Luc. 1, 226. N. 21. it. 2, 273. l. 83. Heliod. p. 193. cum N. Schmid., Diod. S. 1, 382. N. 42. Dion. Cas. p. 946. ubi Fabr. N. „pyrrhicha genus saltationis lusus que belligeri armatorum iuvenum, qui iam insurgendo, iam subsidendo, modo provolando cum saltu, mox iterum resiliendo, ictum intentantes vel declinantes imitabantur, atque inter saltandum arma et clypeos concutiebant, rel." cum bibliogr. antiq. p. 994. m. Callim. h. in Iov. v. 52. sq. et in Di. v. 240. sq. cum Intrp. et maxime Spanh., it. Meurs. ad Lyco. v. 249. p. 56. Grut. Lamp. T. 2. p. 545. c. 26. Palm. Ex. p. 669. e. cum Ind. it. Buleng. in Th. Graev. T. 9. p. 933. F. et 948. C. p. sq. Rhodig. Lect. Ant. p. 236. E. sqq. 237. sq. Ovid. Fast. 4, 209. cum N., Virg. A. 5, 545. sqq. cum Heyn. Exc., it. ad Suet. Caes. c. 39. Patin. ed. Burm. T. 2. p. 171., tum ad Tac. Ann. 2, 7. e. Lips. et 2, 55. e. cum Gs. Th. v. *pyrrhicha*, et nuperrime ad *Meisners Alcibiades* in der Sammlung der besten deutschen prosaischen Schriftsteller und Dichter 112 Theil, p. 314. N. 2., ubi locus e *Guys* litterar. Reise nach Griechenland habetur P. 1. p. 173. tum L. Bos. Ell. p. 248. c. it. in v. ἐνοπλος s. ἐνόπλιος Stp. Th. cum Indd. Xen. Ἀν. Diod. S. et Aristoph.

4, 5, 2. sq.

ἔλεξε τοιάδε.

Eiuscemodi orationem hauddubie aliquis eorum principi formavit, qui omne honesti inhonesti que discrimen confundere solent, ut dominorum vitiis per adulationem adrepant. Id quod eo libentius annoto, ut cum adulatoribus aulicis Papinianum illum, verum scilicet gravem que consultorem, qui semper meliora et praesertim fratrum concordiam suaserat, contendam. Tradunt enim quidam, *noluisse Papinianum dictare orationem, qua invehendum erat in fratrem, ut causa eius melior fieret, qui occiderat*, quin etiam respondisse, *Aliud est parricidium, accusare innocentem occisum*, sive, ut aliorum narratio habet, *Non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri.* Spartianus in Carac. c. 8. (p. 722. m. e.) add. et Sever. c. 21. (p. 635. m.) duplicem narrationem distinguit, quam Victor confundere videtur de Caesar. 2. (immo 20, 34. sq.) Uterque illud de oratione concinnanda refellit, eo quod Papinianus praefectus praetorio fuerit, neque ad eum pertinuerit formare principis orationes. Quae ratio tanta existimari non potest, ut rem statim pro refutata accipiamus. Videtur enim Antoninus Papiniano extra ordinem id voluisse obtrudere, primo quidem, ut auctoritate tanti viri abu-

teretur ad velandam ſceleris atrocitatem, deinde, ut nolentem volentem quaſi cogeret approbare ea, quae hactenus magno ſtudio diſſuaſerat; denique ab ingenio eius et eruditione ſingulari facilius forte ſperabat artificia velandi facinoris, ſ. σοφὰ φάρμακα. Fuiſſe Papinianum appellatum de velando parricidio, Spartianus non dubitat, quidquid ſit de oratione dictanda, magnifice que hinc elogii materiem ſumit Iacobus Lectius in gravi de vita et ſcript. Papiniani oratione, ubi, quod obiter noto, μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt, cum Herodianum pro Victore adducit. *Boecl.*

Hic poteſt ſufficere, orationem a Noſtro tantum confictam eſſe.

4, 6, 10.

τὸ δὲ τελευταῖον καὶ μήποτε γενόμενον ἔργον. ἱπποδρομίαν μὲν ἐθεᾶτο λ.

In N. ad h. l. tria breviter iam monuimus, primo quidem, ſic eſſe diſtinguendum, per punctum poſt ἔργον, deinde, in ſeparata ita enunciatione ſq. ſumendum eſſe μὲν pro μὲν οὖν ſ. μὲν γὰρ, (quo redit, ſi quis malit, oppreſſas eſſe particulas iſtas οὖν et γὰρ in demonſtrando et exponendo, cf. 1, 15, 14.) denique in prima enunciatione eſſe τὸ pro pron. demonſtr. τοῦτο, aut, ſi illud τὸ proprie accipiatur ac pro artic., ſubintelligi id ipſum pron. τοῦτο, ſed et ſimul v. ſubſt. ἐςὶ ſ. ἦν.

Iam hic adiungimus locum Noſtri ex

6, 6, 11.

δεῖγμα δὲ τοῦτο οὐ μικρὸν τῆς βαρβάρων κακώσεως. ἐτῶν γοῦν τριῶν λ. ubi in prima enunciatione deſit modo v. ſubſt. ἐςὶ, a P. ſtatim expletum, ſed ſecunda enunciatio cum pr. iungitur aliter, quam in priori loco, atque adeo per γοῦν, notione cauſae, et pro γὰρ vulgari.

Sed in oratione ſic conformanda ſequitur Noſter tum analogiam, tum auctoritatem optimorum Graecorum, qui iungunt enunciationes duas et ipſi ſimiliter, ſic que, ut in prima quidem enunciatione ſtet vel aliquod ſubſt., vel adi. quoddam, vel denique verbum, quod in arte nominamus, ſed in ſecunda enunciatione reperiantur particulae cauſales aliquae, vel minus.

Quorum generum exempla ſubiuncturi deinceps, monemus in univerſum, in copulandis talibus enunciationibus editores partim nobiſcum uti diſtinctione iſta maxima, h. e. puncto, partim minori, ſ. colo ſ. ſemicolo, i. e. puncto, ad apicem litterae ſummum locato in fine enunciationis primae, partim inconſtanter agere, adhibito quippe interdum puncto, interdum ſemicolo, partim minimam uſurpare interpunctionem, atque adeo comma tantum, partim denique plane nullam interponere diſtinctionem, una ſerie omnia ſcribendo atque edendo; in quo nos relinquere cuique morem ſuum et arbitrium, caeterum ipſos conſtantiam et in hac re obſervare.

Igitur in exemplis, ubi prima enunciatio habeat ſubſtantivum aliquod, non eſt genus unum, ſed diverſum, ut ſit iſta enunciatio vel plena, vel manca, tenens aut partes omnes, aut aliquot tantum, quas in propoſitione quadam requirunt dialectici; unde eadem enunciatio exiſtit longior aut brevior.

E primo genere ponimus haec, ap. Xen. Oec. 6, 6. τεκμήριον δὲ σαφέστατον γενέσθαι ἂν τούτου ἔφαμεν, εἰ λ. it. ib. Ἀπ. 1, 9, 30. μέγα δὲ τεκμ. καὶ τὸ ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ βίου αὐτῷ γενόμενον, ὅτι λ. *magnum* et *illud* argumentum *eſt*, quod *in* exitu *vitae* ipſi *accidit*; rel., ap. Thuc. 3, 36. καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐςι, διὰ τὰς μετοικίας ἐς τὰ ἄλλα μὴ

ὁμοίως αὐξηθῆναι. ἐκ γὰρ λ. it. ap. Herdt. p. 609. i. μαρτύριον δέ μοι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε. οὐ γὰρ λ. it. line Ind. ap. Lyſ. R. Or. V. 5. p. 763. i. μέγα μὲν οὖν ἡγοῦμαι τεκμήριον εἶναι, ὅτι λ. ed. Marb. p. 389. e. *illud* autem *non* vulgare *argumentum* exiſtimo, *quod*.

Sed alterius generis habuimus plura, ex Hom. Ἰλ. ά, 525. τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον Τέκμωρ· οὐ γὰρ λ. hoc *enim* a *me* inter *immortales* maximum *ſignum*; non *enim* rel., tum ex Ael. V. h. 2, 5. μαρτύριον τούτου πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο. Ἀκούσαντες οἱ ἔφοροι λ. huius *rei* teſtimonium *praeter* caetera *etiam* illud *eſt*. Audientes *Ephori*, rel., ubi ſecunda enunciatio caret copula cauſali, ſed ex Iſ. Ev. Fd. c. 10. i. μέγιστον δὲ τεκμήριον καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῆς ὁσιότητος τῆς ἐκείνου· τῶν γὰρ Ἑλλήνων πολλοὶ λ. W. 292, 13. illud *autem* certiſſimum *ſignum* eſt *et morum et ſanctitatis eius*, quod *Graecorum complures*, qui Intp. cauſalem mutat in ὅτι, etiam in Annot. ib. p. 605. i., tum ex eodem Ev. Fd. c. 11. i. καὶ τούτου μέγιστον τεκμήριον. τοῦ μὲν γὰρ λ. W. 293, 22. *cuius* rei *hoc* maximum *ſignum* eſt, *quod* rel., porro ex ej. Pan. Mor. p. 60. m. σημεῖον δὲ τοῦ τάχους καὶ τῆς ἁμίλλης· τοὺς μὲν γὰρ λ. ſed W. 83, 29. per punctum, *ſignum* autem *celeritatis* eorum *et* contentionis *illud* eſt, *quod* rel., porro ap. Lyſ. Rs. O. V. 5. p. 92. l. 4. τὸ δὲ μέγιστον σημεῖον τοῦ πλήθους· ἐξὸν γὰρ λ. quem locum, proxime ad Noſtri primum accedentem ab initio, cum e Taylori Vs. non potuiſſem comparare, brevius, quam in Vs. Rsk. V. 6. p. 369. e., converſum vidi in ed. Marb. p. 502. l. 8. maximum *autem* multitudinis *ſignum* eſt, *quod* rel., Xen. Ἀνβ. 1, 9, 29. τεκμήριον δὲ τούτου καὶ τόδε· παρὰ μὲν Κύρου λ. Th. V. 2. p. 68. m. *cuius* rei *hoc* quoque *argumentum* eſt, *quod* ab Cyro rel. it. Herdt. 131, 86. τεκμήριον δέ μοι τούτου τόδε· αἱ μὲν γὰρ λ. cuius *rei* hoc *apud* me *argumentum* eſt, *quod* rel.

Item per breviores enunciationes ap. Polb. 3, 149. e. σημεῖον δὲ τούτου μέγιστον· ὃς πρῶτον μὲν λ. cuius *rei* argumenta *ſuperſunt* certiſſima. *Qui* primum *quidem* rel. ſed 1, 496. e. σημεῖον δὲ τούτου. ἐκ Χαλκηδόνος γὰρ λ. *quod* hoc *etiam* argumento *probatur*. Qui *Chalcedone* rel. it. Iſ. Pan. W. p. 92. i. σημεῖον δὲ τούτων. ἔχοντες γὰρ λ. quarum *rerum* illud *ſignum* eſt, *quod* rel., ſed ap. Mor. p. 77. e. per colon, at ej. Ev. W. 277, 50. σημεῖον δὲ μέγιστον· περὶ μὲν γὰρ ἄλλων λ. *cuius* rei *ſignum* illud *eſt* maximum, *quod* rel., pro quo punctum fert Fd. p. 7. c. 3. i., cf., praeter rhet. ſel. p. 22. ſ. 31. i. ed. Fi., quoque ej. Plat. Symp. p. 117. l. 5. τεκμήριον δὲ τούτου· γονεῖς γὰρ λ. it. p. 144. e. μέγα δὲ τεκμήριον. καὶ γὰρ λ.

Tum per breviſſimas enunciationes Thuc. 8, 38. μαρτύριον δέ. Δήλου γὰρ λ. cum Vs. liberrima, at 108, 97. τεκμήριον δέ· τὰ γὰρ λ. huius *autem* rei *manifeſtum* argumentum *hoc* eſt. *Nam* rel., it. p. 121. i. τεκμήριον δέ· οὔτε γὰρ λ. huius *autem* rei *hoc* eſt *argumentum*. Neque *enim* rel., ubi ap. Bauer. in Phil. Paul. p. 297. m. poſt δὲ nulla eſt diſtinctio, at 130, 34. minima, τεκμήριον δὲ, τῶν μὲν τοιούτων ὀρνίθων ἐπίλειψις σαφὴς ἐγένετο, λ. *argumento* autem *hoc* eſt, *quod* rel., qui locus commune cum Noſtri primo habet in ſecunda enunciatione μὲν, ſine γὰρ, relatum ad ſq. δὲ, it. Fi. The. 28, 2. σημεῖον δὲ, τῇ γὰρ λ., quod comma et in ed. Cas. cum Vs. liberrima, it. Luc. 3, 621. l. 17. τεκμήριον δὲ τῶν γοῦν θεῶν ἐξ ἡρώων γενομένων, Ἡρακλῆς τέ ἐστιν ὁ Διὸς, καὶ Διόσκουροι, λ. *argumentum* huius *rei* hoc *eſto*. In *numero* enim *Deorum*, qui *ex* Heroibus *facti ſunt*, *Hercules* eſt *Iovis* filius, *et Caſtores*, rel., qui locus, deſtitutus poſt δὲ omni diſtinctione, ſimilis eſt Noſtri ſecundo ob particulam γοῦν in enunciatione ſecunda, ut, quoad ſententiam, ille Iſ. P. M. p. 49. m.

δῆλον δὲ τὸ μέγεθος τῶν κακῶν τῶν γενομένων ἐκείνοις· οὐ γὰρ λ. W. 77, 47. cladis *autem* illius *magnitudo* ex *eo* perſpicitur, *quod* rel. cum puncto.

Verum exempla, ubi enunciatio prima teneat aliquod adi. merum ſine ſubſt., ſubiicimus haec, Polb. 2, 341. i. *τὸ δὲ δὴ πάντων μέγιστον, ἤδη γὰρ — φησὶ λ.* omnium *vero* abſurdiſſimum *eſt* hoc. *Ait* rel. it. Iſ. Pan. W. 69, 20. *δῆλον δὲ ἐκεῖθεν. οἱ γὰρ λ.* per Vs. liberrimam, ſed cum colo ap. Mor. p. 29. l. 6. et Thuc. 10, 31. *ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, δῆλον δέ. τὸ γὰρ λ.* poſtquam *autem* ad agrum Troianum *appulerunt*, *beſtem* proelio *vicerunt*, hoc *autem* eſt *manifeſtum*, nec *enim* rel., ubi recte Stp. poſt *ἐκρ.* voluit punctum.

Denique exempla, ubi in enunciatione prima habeatur ſolum verbum finiti temporis, ſunt illa, ap. eundem Thuc. 95, 65. *σκέψασθε δέ. εἰ γὰρ λ.* cf. Bauer. Phil. p. 158. m. 297. e. it. ap. Lyſ. R. Or. V. 5. p. 364. i. *δηλώσει δέ. οἰχήσεται γὰρ ἀπιὼν λ.* cum N. et Ind. V. 6. p. 927. e. tum ap. Xen. M. S. 1, 2, 32. *ἐδήλωσε δέ. ἐπεὶ γὰρ λ.* ubi v. N. Z., ut ſuper univerſum orationis ſic iunctae genus eundem ad Xen. de re Equ. 10, 4. et cum Bach. ad Sy. 4, 17. Mor. ad Iſ. Pan. p. 49. N. e.), Vig. p. 139. cum N. Bud. C. 921, i. 1375, 27. Stp. Th. 3, 768. A. e. v. *σημ.* et *τεκμ.* ib. p. 1365. F., qui pauper in v. *μαρτυρ.* 2, 795. D., ut de ellipſi vel pron. alicuius in gen., vel verbi ſubſt. L. Bos. p. 339. cum Dev. p. 102. m. et per aliquam Vs. Ind. Dem. v. *σημ.*, cui add. 320, 24. 359, 13. 372, 15. 525, 17. et per ſubſt. *τεκμήριον*, quod Ind. plane ignorat, 617, 12. it. 97, 22. *αἴτιον δὲ τούτων· παρεσκεύασεν ὑμᾶς λ.* ubi iterum in ſecunda enunciatione nulla copula cauſalis, ut ſupra ap. Ael., et iterum ap. Phil. p. 755. e. *ἔστι δ', εἰ καὶ μικρὸν, ἀλλ' οὐ μικρᾶς δεῖγμα κακονοίας. τῶν μαστίγων λ.* per Vs. liberrimam, cf. ap. laudatos quoque exempla per ſubſt. alia, et univerſe quid in ſcribendi hanc rationem ſupra 1, 14, 3.

4, 13, 8.

ἵνα δὴ μὴ πάντα τὸν στρατὸν σκύλῃ.

Ad hunc locum dabimus primo, quae nobiſcum olim benevole communicavit Loesnerus, Profeſſor Lipſicae Academiae Longe Doctiſſimus, omnibus que, Graeca vel ſcientibus, vel amantibus, in primis carus cultus que. „Ex Sigism. Frider. Dreſigii diſſertatione philologica *de vera notione verbi* Σκύλλω etc. reſpondente Ioh. Iacob. Boſſo, Lipſienſi, tandem Archidiacono Thomano Lipſ. 1734. p. 34. Herodi. 3, (4,) 13, 8 — quem locum Angelus Politianus ita vertit, ut verba, ad quae reſpeximus, plane omiſerit. — Paullo melius reddidit Stephanus Berglerus in nondum edita Herodiani nova interpretatione, quae preſſius ſemper graeca, quam Politianus, ſequitur. ita autem habet. „Diſtabat autem ab urbe templum longius, ita ut itineris apparatu opus eſſet. Cum equitibus igitur paucis, ne ſcilicet totum exercitum vexaret, iter eo faciebat, ut, ubi ſacrificaſſet deae, reverteretur.“ Quamvis vero hic Bergleri, Henr. Stephanum forte ſecuti, mox citando loco interpretatio, qua *σκύλῃ* reddidit per *vexaret*, tolerari poſſet, propterea quod — verbum *vexo* ap. Latinos etiam interdum de itinere collocatur, tamen noſtra ſententia clarius hic locus verteretur, *ne totum exercitum fatigaret.* Alter locus Herodiani habetur 7, 3, 8. (10.) *σκύλας δὲ καὶ ὑβρίσας, φυγαῖς ἢ θανάτοις ἐζημίου.* Turpiter hic ſeſe dedit iterum Politianus, illud *σκύλας* vertens, *ſpoliatos*, ſed repugnante analogia grammatica, quod vitium iam notavit in eo H. Stephanus *in praef. ad Herodi.* p. 457. *Tom.* 3. *Frid. Sylburgii Scriptor. Rom. Graec. minor.* et Ioh. Boiſius *ad*

Chryſoſtomum p. 883. *Tom.* VIII. edit. *Savilii.* Longe melius et prorſus ad mentem Herodiani atque egregie tranſtulit Steph. Berglerus in laudata interpretatione. „Plurimus ergo, — Poſtquam autem eos defatigaſſet ac contumeliis affeciſſet, exilio vel morte puniebat.“

His adiungantur, quae Wunderus, quondam noſter diſcipulus, nunc amicus, et in ſacro munere, haud procul ab urbe Lipſia, propter litteras priſcas etiam in fama, honore ac pretio, excerpta miſit. „Locus ipſe Chryſoſt. ex edit. Savilii eſt in Tom. VII. p. 107. 3. et Nota Boiſii. ad Chryſoſt. a Dreſigio excitata, eſt haec. οὐκ ἂν ἔσκυλά σου τὴν. εὐλάβειαν) i. *non te* fatigaſſem *tam moleſto* itinere: *non paſſus fuiſſem, ut moleſtiae tibi aliquid crearetur, tam difficili itinere ſuſcipiendo.* Tot enim opus eſt vocabulis, ut unum Graecum verbum plene et γνησίως exprimatur. Σκύλλω enim proprie ſignificat *vexo*, *fatigo*, nec quovis id modo, ſed longitudine et difficultate itineris. — Herodi. l. 4. p. 105. σὺν ἱππεῦσιν οὖν ὀλίγοις (ἵνα δὴ μὴ πάντα τὸν στρατὸν σκύλῃ) τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιεῖτο, i. ex interpretione marginali H. Stephani. (Nam Politianus notis parentheſis incluſa omittit.) *Cum paucis igitur equitibus* (*ne totum exercitum vexaret*) *iter faciebat.* Idem l. 7. p. 149. σκύλας — ἐζημίου, i. *poſtquam vero fatigaſſet* (ſcil. longis et moleſtis itineribus) *et contumeliis affeciſſet, exilio vel morte multabat.* Male ibi Politianus σκύλας interpretatus eſt *ſpoliatos*, cum debuiſſet potius *fatigatos*, ſicut eruditiſſime annotatum eſt ab H. Stephano, praefatione Herodiani a ſe edita.“